DE
ORIGINE CIVITATIS ALEXANDRIÆ
AUCTORE
I.C. RAPHAELE LUMELO
ALEXANDRINO

Ops. xv Lucretia [illegible]

Manoscritto arrivato da
S. Giovanni di Bellagio
il 16 ottobre 1918.

PROVINCIA DI TORINO
BIBLIOTECA

ex dono

347 [Alessandria] **LUMELLO (Raffaele).** De origine civitatis Alexandriae. [Secolo XVII]. L. 60.000

Manoscritto cartaceo, mm. 270 x 190, cart.; 154 cc. Scrittura facilmente leggibile. La narrazione si arresta al 1586; seguono un elenco degli uomini illustri [cc. 108-18] e l'indice [cc. 119-30]. Infine vi sono « Annotazioni diverse cavate dal libro originale et veridico delle Monache di S.ta Clara di questa Città intitolato *Memoriale del Convento di S.ta Clara dall'anno* 1402 *sino all'anno* 1552, *et* 1576 *formato di tempo in tempo fedelmente*, come da d. libro et altre memorie si viene in cognitione » [cc. 132-49], ed il relativo indice. Gli scritti aggiunti sono di mano posteriore. L'opera è citata da *Manno* (n. 7954), che la dice inserita in *Monum. Aquensia* (I, 333-45), ma certamente si tratterà di una compilazione compendiosa, non potendo essere contenuta in 13 pagine. Non troviamo notizie biografiche dell'autore: un'antica nota sul manoscritto ci informa soltanto che egli morì il 21 ottobre 1608.

PROVINCIA DI TORINO

BIBLIOTECA

MS. - b - 46

De
Origine Civitatis Alexandriæ
Authore
I. C. Raphaele Cumello Alexandrino

Notitia de giorni delle Nascite di Prencipi
e Re, quali presentemente Vivono disposte
con Ordine de Mesi, et Anni in che
nacquero

Alli 6 Genaro Nacque Eleonora Madalena di Neuburgho Imperatrice Anno 1655. Si sposò in Passavia alli 14 Xbre 1676, fu coronata Imperatrice in Ausburgh alli 19 Genaro 1690

Alli 23 Genaro Nacque Violante Beatrice sorella dell' Elettor di Baviera, e sposa di Ferdinando 3° Prencipe di Toscana 1673

Alli 16 Febraro Nacque Anna Edoarda Regina d'Inghilterra Prencipessa di Danimarca figlia di Giacomo II Re che fu d'Inghilterra 1664 Si sposò con Georgio Prencipe di Danimarca e duca di Cumberland in Inghilterra alli 10 Agosto 1683 cominciò a regnare l'anno 1702

Alli 24 Febraro Nacque Carlo Henrico di Lorena Prencipe di Vaudemont al presente Governator di Milano 1649

Alli 24 Febraro naque Teresa Gioseffa Saveria quarta
figlia del Re di Portugallo 1696

Alli 4 Marzo Nacque Teresa figlia di Giò Terzo Re di
Polonia e sposa di Massimiliano Emanuel duca
di Baviera 1676

Alli 8 Marzo Nacque Carlotta Felicita figlia del duca di Hanover
Gio Federico, Zio di Georgio Luiggi presentemente
duca et Elletor di Hanover 1671 Esposa di
Rinaldo d'Este duca di Modena col quale ci
sposò si sposò li 11 Febraro 1696

Alli 15 Marzo Nacque Antonio Fran.co Benedetto Leopoldo
Terzo figlio del Re di Portugallo 1694

Alli 20 Marzo Nacque Maria Madalena Giuseppa settima
figlia dell'Imperatore 1689

Alli 20 Marzo Nacque Isabella Amelia Vedova di Filippo
Gulielmo Elletor Palatino 1635

Alli 8 Aprile Nacque Luiggi Gulielmo Prencipe di
Baden 1655

Alli 9 Aprile Nacque Giò Gulielmo Elletor Palatino 1658

Alli 11 Aprile Nacque Giovanna Batista Madama Reale Madre
del Duca di Savoia 1644
Alli 21 Aprile Nacque Georgio Prencipe di Danimarca e Duca
di Cumberland in Inghilterra 1653
Alli 26 Aprile Nacque Gulielma Amelia figlia del Duca di
Hanover Giò Federico Zio di Georgio Luiggi al presente
Duca et Elettor di Hanover e Sposa del Re de Romani
1673
Alli 26 Aprile nacque Pietro II Re di Portugallo 1648
Alli 6 Maggio Nacque Vittorio Amadeo Giuseppe Filippo
figlio del Duca di Savoia 1699
Alli 12 Maggio Nacque Fedrico Augusto Elettor di Sasonia
al presente Re di Polonia 1670
Alli 14 Maggio Nacque Vittorio Amadeo II Duca di
Savoia e Re di Cipro 1666
Alli 15 Maggio Nacque Giacomo Luiggi Prencipe di Polonia
figlio di Giovanni 3.° Sobieschi 1668
Alli 27 Maggio Nacque Carlotta Isabella Vedova di Filippo
Duca di Orleans e figlia dell Elettor Palatino Carlo
Luiggi 1650

Alli 28 Maggio Nacque Georgio Luiggi Duca di Brunswich
Luneburgo Elletore di Hannover 1660

Alli 9 Giugno Nacque Leopoldo Ignatio Imperatore de Romani
1640 fu coronato Re di Ungaria alli 27 Giugno
1655 Re di Boemia alli 14 7bre 1648 Eletto
Imperatore alli 18 Luglio e coronato in Francfort alli
22 Luglio 1658

Alli 20 Giugno Nacque Giacomo Fran.co Eduardo Prencipe di
Gales figlio di Giacomo secondo gia Re di Inghilterra
1688 . fu acclamato Re di Inghilterra Scozia et
Irlanda in Parigi (ove al presente vive) alli 16 7bre
1701

Alli 24 Giugno Nacque Carlo duodecimo Re di Suecia 1682
Cominciò a Regnare 1697

Alli 25 Giugno Nacque Fran.co Saverio Antonio secondo
Genito del Re di Portogallo 1691

Alli 26 Giugno Nacque Edwige Sofia sorella di Carlo
duodecimo Re di Suezia e Sposa di Federico Duca
di Holstein Gottorpe 1681

Alli 28 Giugno nacque M.a Luigia 2.a figlia di Giacomo 2, che fu Re d'Inghilterra
1692

Al primo Luglio Nacque Federico 3.° Elletor di Brandeburgo 1650 Inalzato nel 1688

Al primo Luglio Nacque Luiggi Giuseppe duca di Vandomo 1654

Alli 11 Luglio nacque Massimiliano Emanuel Elletor di Baviera 1662 Prese il Governo de suoi Stati 1680

Alli 12 Luglio Nacque Dorotea Soffia figlia dell' Elletor Palatino Filippo Guglielmo 1670 è sposa di Fran.co duca di Parma, con cui si sposò alli 8 Xbre 1695

Alli 18 Luglio Nacque Hadurige Isabella Amallia figlia di Filippo Guglielmo Elletor Palatino 1673 è sposa di Giacomo Luiggi Sobieschi Prencipe di Polonia, col quale si sposò alli 11 Febraro 1691

Alli 23 Luglio Nacque Anna Palatina al presente Principessa di Condé 1647

Alli 24 Luglio Nacque Fran.co Luiggi figlio di Filippo Guglielmo Elletor Palatino 1664 fu eletto Vescovo di Breslau nel 1683 Preposito di Elwangen Vescovo di Bormes è Gran Mastro dell' Ordine Teutonico nel 1694

Alli 26 Luglio Nacque Giuseppe Giacomo Gio. Eustachio d'Austria 1678 fu coronato Re di Ungaria in Presburgh è 24 et 25 Genaro 1690

Alli 28 Luglio nacque Margarita Luigia figlia di Gio

Batista Duca di Orleans Zio del Re Christianiss.mo
Luigi decimo quarto 1648 et è sposa di Cosmo 3.o Gran
duca di Toscana con cui si sposò alli 19 Aprile 1661
Alli 29 Luglio Nacque Henrico Giulio di Borbon, Prencipe
di Condé 1645
Alli 2 Agosto Nacque Filippo Duca di Orleans 1678
Alli 3 Agosto Nacque Emanuel Quinto figlio del Re
di Portogallo 1697
Alli 4 Agosto Nacque Federico Guglielmo Prencipe Herede dell
Elettore di Brandburgo 1688
Alli 6 Agosto Nacque Luiggi Duca di Borgogna figlio primogenito
di Luiggi decimo Quinto delfino di Francia 1682
Alli 9 Agosto Nacque Ferdinando III Gran Prencipe di Toscana
1663
Alli 11 Agosto Nacque Giovanna Maria Luigia figlia di Cosmo
3.o Gran duca di Toscana 1667, et sposa di Gio. Gulielmo
Elettor Palatino col quale si sposò alli 20 Maggio 1691
Alli 14 Agosto Nacque Nacque Cosmo 3.o Gran duca di Toscana 1642
Alli 21 Agosto Nacque Carlo IV Gonzaga di Cleves Duca di
Mantova l'anno 1652

Alli 28 Agosto Nacque Luigia Regina di Danimarca figlia del

Duca di Meklemburgh Gustavo Adolfo 1667 e si sposò li 5

8bre 1695

Alli 28 Agosto Nacque Soffia Edwige sorella minore di Federico IV

Re di Danimarca 1677

Alli 31 Agosto nacque Carlo Duca di Berri Terzogenito di Luigi XV delfino

di Francia 1686

Al primo 7bre Nacque Anna Soffia sorella di Christiano V, che fu Re di

Danimarca 1647 già Vedova di Giorgio 3.° Elettor di Sassonia

Alli 5 7bre Nacque Luigi Decimo Quarto Re Christianiss.mo di Francia

l'anno 1638, cominciò a Regnare nel 1643

Alli 7 7bre Nacque Maria Anna Giuseppa Saya figlia dell'Imperatore

del 1683

Alli 13 7bre Nacque Isabella Carlotta sorella del Duca d'Orleans

1676 e sposa di Leopoldo Giuseppe Duca di Lorena

Alli 17 7bre Nacque Maria Luigia Gabriella Emanuella di Savoia

Regina Catolica di Spagna l'1688

Alli 30 7bre Nacque Reinaldo d'Este Duca di Modena 1655

Al primo 8bre Nacque Carlo Fran.co Giuseppe Arciduca d'Austria

1683

Alli 11 8bre Nacque Federico 4 Re di Danimarca 1671, cominciò

a regnare 1699

Alli 13 8bre Nacque Soffia Elettrice Vedova di Hanover 1630

Alli 20 8bre Nacque Soffia Carlotta figlia di Hernesto Augusto, duca et Elettore che fu di Hanover 1668 fu sposa di Federico 3.o Elettore di Brandeburgo, con cui si sposò alli 28 8bre 1684

Alli 22 8bre Nacque Maria Amalia, Gioseppa Teresa, Carlotta figlia del Re de Romani 1701

Alli 24 8bre Nacque Nacque Gio: Fran.co Antonio Giuseppe figlio del Re di Portogallo, et Prencipe del Brasile 1689

Alli 25 Ottobre Nacque Carlo Fratello di Federico iv Re di Danimarca 1680

Alli 28 8bre Nacque Maria Anna di Neoburgo Regina Vedova di Spagna 1667

Alli 28 9bre Nacque Ferdinando Leopoldo Giuseppe Ignatio Saverio Antonio Fran.co figlio del Re de Romani 1700

Al primo 9bre Nacque Luigi decimo quinto delfino di Francia 1661

Alli 23 9bre fu Celebrato il Pontificato di Nostro Sig.re Papa Clemente Undi Undecimo 1700

Alli ~~18~~ 25 9bre Nacque Catarina figlia di Giovanni iv Re che fu

di Portogallo et Vedova di Carlo 2° Re d'Inghilterra 1638

ritornò in Portogallo, et al presente vive in Vilaviciosa ove

nacque

Alli 25 9bre Nacque Fran.ca Maria 1681 Sposa di Filippo duca
di Orleans, col quale si sposò alli 18 Febraro 1692

Alli 5 (?) decembre Nacque Giuseppe Clemente fratello di Massimiliano
Elettor di Baviera 1671 Elettor di Colonia, Vescovo
di Liegi, e Coadiutore d'Hildesheim

Alli 6 [illegible] 8bre Nacque Maria Adelaide figlia di Vittorio Amadeo
duca di Savoia 1683 Sposa di Luigi duca di Borgogna
con cui si sposò alli 7 8bre 1697

Alli 8 8bre Nacque M.a Giuseppa Antonia Benedetta
Teresa, Saveria Filippina figlia del Re de Romani 1699

Alli 13 8bre nacque Isabella Maria Lucia figlia seconda dell'
Imperatore 1680

Alli 19 8bre Nacque Filippo V Re Cattolico di Spagna 1683
fu proclamato Re in Versaglies li 16 9bre 1700

Alli 19 8bre Nacque Christiana Eberardina figlia di
Christiano Ernesto Marchese di Brandeburgo Bareith 1671
Sposa di Federico Augusto Re di Polonia col quale
si sposò 20 Genaro 1693

De Origine Civitatis Alexandriæ

Liber primus

Fluctuabant Universæ Italiæ Civitates, ac Bellis intestinis maximis tempestatibus exagitabantur. Nec ullus Princeps tot, tantasque civit. unquam tempestates, quot, quantasque Italia suo pondere urgens procellis premebatur. Animi enim mortalium dominandi libidine accensi omnia venalia habebant, nichilque tam hihen-, nichil tam sanctum erat, quin illa met cupiditas prefringeret. His accedebat Orientis Imperio cum Occidentali non levibus de causis, et suspicionibus dissidium, quæ res magnopere Christianam Rempublicam labefactans Saracenorum ac Persianorum vires augebat. Nec his tantis malis quies apparebat ulla, quinimo Federicus Aenobardus Romanorum Imperator, qui Rempublicam Christianam, sartam, tectam prestare debebat, illam penitus violare, ac prorsus evellere conabatur. dum arbitratu suo de summo Pontifice non secus, ac si utrumque gladium sustineret. forte enim Alexander Pontifex vir omnibus virtutibus ornatissimus, et de Republica Christiana benemeritus, sedi Apostolicæ moderabatur, inquam canonice a usiruti sedibus Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus allectus fuerat, et dum Octavianum quendam Civem Romanum a Tribus solummodo Cardinalibus sedi Apostolicæ impositum Federicus, quo iure, quaque iniuria defendere conatur, statuit ad se utrumque vocandum ut coram se de iuribus partium statueret. Victor. Ita enim vocabatur Antipapa, se lubenti animo hoc iudicium subire affirmat. Ceterum id non passus Alexander cernens id non esse e dignitate sedis Apostolicæ ut laicus de re sacra iudicium ferret, iudicium Imperatoris detrectavit, aperte hoc illi litteras significans nimis grave esse, si Romanus Pontifex, cui Claves Regni cælorum a Christo commissæ, ac concreditæ essent, iudicium hominis prophani susciperet de re Ecclesiastica. proferens se illum hortari, ac monere, ut ab hac cogitatione desisteret

alioquin si in ea perseveraret, se honori Pontificio, dignitatique suę non defuturum

His litteris acceptis graviter commotus est Imperator, qui autem eundem ab huiusce rei cognitione deterrere debebant altius commonuerunt, ut quę postmodum ea bella exacuerunt, quę mox summo Reipubl. Christianę detrimento sunt subsecuta

In hoc igitur turbulento rerum statu Montisferrati Marchio ne ipse quidem quietem ferre poterat, sed summa industria, ac omnibus viribus satagebat Populos suo Imperio finitimos subijcere nullo alio iure suffultus, quam quadam Othonis Imperatoris investitura quam iam usque de anno nongentesimo sexagesimo septimo Aleramo primo Marchioni concesserat, quę cum parum ad rem faceret ridicula, ac inanis quodammodo videbatur, qui eosdem vicinos sibi Populos continua excursione premebant, illosque graviter urgebant conuinctique armis cum Marchione ipso qui se invtreratis seque in dies magis iram exacuebat. Quod cerneret agros fertiles et fecundissimos horum Populorum suę Regioni valde usui fore, et propterea armis tentandam rem existimabat quod etiam ab se, et predecessoribus suis diversis temporibus factum (et si infeliciter) cerneret sive bellum inferret, sive illatum propulsaret

His igitur molestijs affecti memorati Populi ea tempestate turbulenta ac tot, et tantarum discordiarum plena cum viderent inimicorum ferociam, ac audaciam se ferre minus posse cogitabant quo

quo pacto ab iniurijs uicinorum se uindicarent, et de finibus
suorum eijcerent, presertim ad hoc cogitandum et deliberandum
propemodum cogeret bellum, quod hinc gerebatur non aperte
sed maxime insidiarum, cum modo hoc, modo illud pacto interie-
cto tempore Oppidum occuparetur. Qua re Populi in certam
diem in dictis Comitijs consilium ineunt, quo de communibus
acturi conveniant, conveniunt frequentes. Itaque, et multum
1 Castellatium agitata re, uisum est optimum facti negotij summam certis
sive Samundium demandari Viris qui diligenter caverent ne Resp. octo
2 Marengum locorum (Octo enim fuerunt) quid detrimenti caperet; coiera-
3 Roboretum nt enim in amicitiam Samundium, Marengum, Robo-
4 Bergolium retum, Bergolium, et illi de quadraginta familijs, Potentiam
5 Quargnentum Villa fori, et Vuiliq ad hoc periculum propulsandum. Quare
6 Potentium dicta die Viri delecti summa diligentia in unum Roboretum
7 Villa fori convenerunt, quorum unius tantum mentio Emanuelis Boidi
8 Vuiliq ad hos nos, manusque nostras pervenit, quem ferunt locutum
fuisse in hec verba. Si a nobis tandem deliberandum est
quod Universi Municipes nostri omnibus uotis optant, ut nos
ipsos nostrasque omnium familias a tantis malis, quae quotidie
nobis infert Marchio Montisferrati qui nos odio infensissimo
atque adeo implacabili prosequitur, nullam aliam uiam
prestantiorem reperio, licet paulo durior et asperior videatur
quam ii relictis patrijs sedibus locum novae Urbis condendae

5

aptum perquiramus, in quo Urbem construere, ædificareque possimus aggeribus, valloque, et fossa circondemus, in quam opes fortunasque omnes transferamus, domiciliumque sempiternum nobis, posterisque nostris statuamus. Non enim e re nostra est, ut inimicorum viribus resistamus dies, noctesque sub pellibus versari, id enim maximo est impedimento, non solum illis, qui negotijs domesticis et agricultura destinentur, verum etiam nobis omnibus, quod quotidiano experimento esse verum discimus. Nobis vero quæ ad prestantissimam, et felicissimam Civitatem ædificandam usui sunt non deerunt, Oppida enim nostra omnium rerum copiam, quæ ad beate, beneque vivendum necessaria, opportunaque sunt præbebunt, relictisque veteribus sedibus, Universas fortunas eo transferemus, ubi condendæ Urbis commune Consilium deliberabit locum esse capiendum, quem muro, fossaque circondatum hostibus opponemus, ad eorum frangendam ferociam, ne semper apertis pectoribus decertemus; concipio enim animo Urbem fore non solum inexpugnabilem, sed etiam felicem, et quæ aliquando de victo, captoque hoste sit triumphatura. Accedit quod famam illustrem, ac omnibus seculis, ætatibusque admirandam nobis parabimus. Hoc laudabunt Posteri admirabuntur presentes, atque omnes Nationes ipsæ laudibus extollent. Quid enim hac nostra tempestate illustrius mollimi possimus, quam novam Urbem condere, quam Cæsar Romanus

Romanos imitari? qui his excelentibus operibus patriam suā illustrarunt. Quid securius conari possumus, quam nos, qui forti tudine inimicos nostros longe prestamus, operibus etiam anteire; ut et intra menia et vallum Hostes prosternamus. Hoc habito sermone statim Universus conventus uno ore perbelle excogitatum adclamarunt, nullumque salubrius consilium in presens invenire potuisse. Rem quidem fore dificultatis plenam, sed ad hostium impetum retundendum valde opportunam. Multe dificultates conventum ipsum remorabantur, sed hinc utilitas, et urge necessitas impellebat, hinc glorie cupiditas ad id faciendum. Quare cum omnibus suffragijs id ipsum comprobatum fuisset, locum, qui maxime urbis condende aptus erat, dilligentius perquirebant. sed idem met Emanuel, qui primus sententiā dixerat in hunc modum elocutum ferunt. Quid dicitis de loco nove Urbis capiendo, proximus Collegæ optimi? cum ante oculos, anteque ora nostra stent agri fertiles, pinguisque solo uberes omniumque rerum abundantes, copia frumenti et vini, atque proceravum Arborum amenitate, nullis non anteferrendi, ita ut vix decerni possit, ceresne, an Bachus sedem suam hic collocarit. Ad hec aer saluberrimus, qui habitantibus vitales spiritus uisu ipso subministrat. Flumius prestantissimus ac perennis, qui incolis plures prestabit commoditates, irentes addet opes non solum earum rerum quæ ad cultum apte erunt

Ex hoc enim aditum habebimus in Eridanum Fluviorum
Regem, ex hoc in Mare Adriaticum, et a mari Adriatico
per Universum fere orbem aditus patebit, quibus accedit
quod Civitas nostra maxime opportuna, et vicina erit Astensi
Dertonensi, Albensi, et Aquensi, et reliquis circum adiacentibus
Populis, qui infiniti propemodum sunt. Aderit etiam non nisi
intervallo quadraginta millium passuum interiecto Genuen
si Civitati comercium, quod nobis summo adiumento, ac usui
esse poterit, nos illos, quibus minima est copia frugum frume
nto nostro, illi nos mercibus, quas summo uitae discrimine
ex Universo Terrarum Orbe in Urbem suam aduehunt
iuuabunt, adeo ut Civitas nostra, tanquam centrum
Pedemontium, Montisferrati, et Mediolanensium erit
itaut brevi tempore sperandum sit fore, ut futura Urbs
ita crescere debeat, ut non solum nobis, qui in eam conmi
grabimus Deo Opt. Max. favente, verum etiam aliis
Populis domicilium, sedesque sit futura, qui tantis pellecti
commoditatibus huc conuolabunt. Agri autem quos conspici
mus penes socium hoc Castrum Roboreti nobis uni erunt
ad urbem amplissimam, et augustissimam edificandam
a quo non procul sicut Tanarum abest
Bergolium ad occidentem versus, Marengum vero
orientem

Orientem spectat, Meridiem Castelatium, et ab his sane Oppidis non procul Quadrigentum Alerium, Viviliq. Boscum, et reliqua foederata Oppida distant opportunitatem ad materiam necessariam convehendam Tanarus ipse praestabit, et omnium aliorum locorum propinquitas facultatem nobis abunde suppeditabit, et si destructis et dirutis nostris, patrijs sedibus, sedes novas, easque magnificentiores quaerere, et opes nostras in Urbem novam comportari velimus, nullus rem hanc aut turpem, aut contemnendam censeat, cum Urbs inclitissima, et propugnaculum omnium nostrum ex vnius voluntarijs patriarum Terrarum aedificanda sit. Quin imo factum hoc sine dubio gloriam et honorem, pretium decusque sempiternum nobis, posterisque nobis allaturum esse confido. Hac igitur habita oratione omnes fere in eandem sententiam pedibus iverunt, ita ut multi voluntarij forent qui Patriam suam euerterent, alijqui vero non funditus delere sed Colonos tantum in novam Urbem transmittere decreverunt, sunt etiam qui dicerent novam Urbem nimis obiectam periculis ex tanta vicinitate populorum; vixque cadere posse quin in bellorum maximas tempestates decideret ob Gallorum vicinitatem, ac Allobrogum, Senensium et Insubrum, et postea decantarent versus illos Lucani

O male vicinis hec menia condita Gallis

O Tristi damnata loco, pace alta omnes

Et tranquilla quies populos, nos preda juventum
Primaque castra sumus, melius fortuna dedisset
Orbe sub eoo sedem, gelidaque sub Arcto
Nos primi Senonum motus, Cimbrumque ruentem
Vidimus, et Martem Tiberi, cursumque furoris
Teutonici, quoties Romani fortuna lacessit
Hac iter est bellis

Sed cum priori sententiæ acquievisent Populi omnes confederati concorditer Boidi sententiam amplexi sunt, summa omnium alacritate atque Deo opt. max. auspice diem indixerunt circa Idus Maij anni ab Incarnatione Millesimi, Centesimi
1168 Maij
Sexagesimi octavi quo Urbem Aratro designarent, atque ita Altissimi presidio innocato, cæterisque christianis Cerimonijs de more, jactis urbis initia posita sunt, quo tempore tanta alacritas, tantusque federatorum concursus fuit, ut omnes, sané admirarentur, viderentque Civitatem magnam et amplam, et virorum multitudine refertam, antequam Civitas ipsa conderetur, de anno autem satis constat non solum ex veteribus monimentis, verum etiam ex versibus licet, sané incultis, et rudibus qui intro decantantur

Anno milleno centeno terque viceno
His iungas octo fuit Alexandria facta
Civitate

Ciuitate avatro precincta ac designata in Quarteria, seu Regiones divisa in hanc, quę nunc conspicitur formam, nulla interiecta mora memorati Populi sedes suas bona, fortunasque omnes huc transtulerunt deletis prius patrijs suis ut nouam Patriam splendidiorem ac illustriorem redderent. Oppida vero quę prestrahis Patrijs huc comigrarunt hęc fuerunt, Gamundium, Marengum, ac Bergolium nam Roboreto necesse non fuit sedes suas diruere cum apud illud Oppidum reliquas suas sedes collocarint. Cętera autem Municipia reliquia paulo longius distare ut reliquia comode predia colere posse non existimarent, si patrias suas diruerent, colonos tantum miserunt, qui nouam Ciuitatem incolerent quibus aliud Ex quatuor quarterijs, quod magis liberet, est tributum. Non defuerunt aliqua municipia insignis alioqui nominis utpote Boscum Municipium antiquum, et Prestans, et Porta noua, quę ad famam nouę Ciuitatis aliqua accurrerent, ampliarentque quam maxime Ciuitatem omnibus commodis. Quare deinde nouę Urbis conditores beneficiorum memores eosdem honorificentissimo decreto in Ciues cooptarunt et adsciverunt, quod in libro Crucis Reliquiis observatur. Sed antequam ulterius procedam nobis necessarie scribenda sunt non pauca de Vetustate predictorum locorum, eo ordine, quo Patres nostri Municipales instituerunt ut intelligant omnes a quibus originem habeat Patria hęc nostra

et quam antiqua sit. Constat in Liguria hec octo Populorum
Territoria contineri ut, ostē, que ad Septentrionem non solum ad
flumen Padi se porrigant, verum etiam Ticinensem Civitatem
comprehendant Paulo Diacono Auctore. Quare quid quid con
tinent Territoria memorata omne solum Ligusticum est
quod vetustate, fertilitate, et rerum omnium abundantia
reliquos Ligurie agros facile vincat, interque Samondium
(ita prisca Ligurum lingua appellatam) ad meridiem vergit
Oppidum aliàs muro, fossaque munitum, agri vero rerum
omnium copia nulli secundum, quod perpetuis temporibus
aluit Populum ferocem armis, et invictum Belli, et olim
sepè saltuque vicos, oppidaque circomvicina ferè domuat, Ex
huius ruina adeo Excrevit Civitas nostra, ut sanè admira
rentur omnes, Urbe vero condita tantum Populi in velicto
loco saccrevit, ut Existimare merito multi potuerint, inde
neminem venisse qui Alexandriam edificaverint Merula
Teste. Hic non est omittendum Merulam Existimasse Sam
ondium, et Castellatium duo diversa Oppida fuise qua in re
sepè falli dicendum est, cum fuerit Samondium idem quod
Castellatium quamquam (postque sedes, iuraque omnia sacra
et prophana Alexandriam Samondiam transtulerint)
alij successerint, qui Samundium reedificaverint soli fecundita
tem
pellecti

pollecti, oppidumque non ut prius Samondium sed Castellatium
quasi Castellum magnum appellarunt. Non enim mihi dubiū
exploranti tempore presentem inuisenti in mentem venire potuit
ubi nam situm esset Samondium ni ipsum fateamur
Castellatium in Samondij locum instauratum aliter Castellatis
qui opimiorem partem Urbis condiderunt nil iuris in Civitate
haberent nisi Castellatiani Samundienses essent, credo equidem
Samondium Longobardorum habitatione locupletatum fuisse
siquidem cum veteres scripturas perquirerem in Æde Divi
Martini in sacrario reperi quoddam documentum Longobar
dico instituto conscriptum in quo mentio multa fit nominum
et familiarum Longobardicam linguam resonantia. quicquid
sit illud pro comperto est Castellatium in maximum oppidum
excrevisse e nova colonorum habitatione, habuitque semper
postea cives domi, forisque prestantes qui non Castellatio solum
verum etiam Urbi Alexandriæ summo honori, et usui fuerunt
de quibus quantum mea valetate potero mentionem suo loco
habebo. Castellatiani templa illustria in Urbe nostra
condiderunt s. sanctum Martinum in quo Fratres Eremitæ
Augustinianæ familiæ observantes dicti religiosè commorantur
et a quibus satis amplis facultatibus, et commodis sunt locupletati
alias conventuales erant qui inibi sacris operandis addicebantur

Adhæc Parochiam Sanctæ Mariæ della Curte construxerunt
in qua Præpositus cum quatuor Canonici qui divina celebrarent
honesto addito patrimonio erectum fuit, quæ cum diruta

Joannes Baptista Rizzanus Præpositus S. Mariæ della Curte ~~1500~~ et nundum perfecta foret anteriorum Præpositorum incur
ia Joannes Baptista Rizzanus modernus illius Ecclesiæ
anno 1568 Præpositus re composita cum alijs Canonicis, me arbitro
de suo etiam collato ab alijs ære in meliorem formam
1500 restitui curavit anno 1500 sed nulla alia anti qui
tatum vestigia in dicto oppido reperiuntur

His proximum est Marengum oppidum, et ipsum Antiquũ de quo
mentionem fecit Plinius lib. 3. nat. dicto cap. 17
Marengum fuit dicens Ticinum conditum fuisse à Levibus, et Maricis
conditum à Maricis non procul à Pado flumine et satis constat hoc unum
Plinius lib. 3 cap. Ex octo oppidis fuisse quod Alexandriam condiderit
17 maximumque incrementum dederit. Marengumque fictitia
voce appellatum ~~sive~~ sive id acciderit sono naturali fictitio
in quam sententiam, et ipse Bernardus Saccus de
rerum Italicarum varietate cap. 9. accedit idem
averit quemvis mendosè locum Plinij d. lib. 3. sub regi
one undecima Maricos Tanari accolas fuisse quorum
antiquũ Oppidum non procul abfuit à loco, ubi
nunc est Alexandria inter Tanarum, et Burmidam
sed

sed id verum non existimo cum Inter Tanarum et Burmidam Oppidum hoc extitisse rei evidentia nos cogat hoc fateri. Extant adhuc huius preclari Oppidi monumenta non pauca, quibus probatur fuisse oppidum insignem et maximum. Visitur et nunc Turris psalta et paucis ab hinc annis haud procul a dicto Oppido visebatur Templum lateritio lapide confectum sed minuto, ex fosti, et quod etate mea semidirutum erat moxque omnino solo equatū ita iubente Episcopo Famagostano Visitatore Apostolico de anno 1582 quod indecens erat et dei ministerio minime aptū. Unde mirum non est quod Ticinum Civitatem condiderit ut multis constat argumentis tum Auctoritate Plinij, tum etiam quod Civitas ipsa portam Maricam in conditoris Memoriam retinebat quam demum regnantibus Longobardis Maringa appellata fuit. Astipulantur Leges municipales Civitatis Ticinensis que mentionem faciunt etiam de hac Porta Maringa de qua etiam mentionem fecit Paulus diaconus l. 4. Sunt qui vellint Papiam Maraciorum ab his Populis conditam fuisse reperiuntur adhuc apud Maringum Lacus parvuli, fontes perennes, ac preclari qui hestatis summis caloribus vires suas ostentant inter quos fons est ille Fanciri Milanesij viri Egregij nuncupatum

antiquorum solertis indagatoris qui alias delitiq fuerunt Ioannis a Suevarra Hispanis Urbis nostre Prefecti ab hoc etiam Oppido nata dicitur et nimpha illa Latini Regis Mater quam uis fabulose de qua Virgilius lib. 7 Aneidos sic cecinit

Maius opus moveo Rex atria Latinus et Urbes
Iam senior longa placidas in pace regebat
Hunc fauno et Nympha genitum Laurente Marica
Accepimus

Quam licet alibi Horatius dicat Nympham hanc Maricam deam fuisse Minturnensium dum 3. car. ode 17 cecinit

Qui Formiarum menia dicitur
Princeps et innantem Marice
Littoribus tenuisse Lirim

Tamen et hoc bello contigere potuit ut nomen incideret huic Oppido de quo nunc mentionem habemus ne dum in ta pulcritudine et amenitate Agri oppidum hoc condide rit in summa dicendum est Oppidum hoc vetustate nulli cedere multisque antiferendum esse

Iam sequitur Roboretum Oppidum quod adhuc eo in loco in quo primum conditum fuerat residet nec

sede

sedem loco movit sed ad Septentrionem spectat, et apud hoc Quarterium seu Regionem reliquae religiores Civitati adiacent: et Praeterea Tanarus amnis secundum ipsum defluit, ut undique suis Urbi Alexia, et Castrum praebuit. Castrum erat satis munitum, et solum tius admodum, et reliquorum fertile. Ex cuius situ ob Tanari propinquitatem allecta fuerunt reliqua alia Oppida ad ibidem cohabitandum. Qua propter Quarterium istud priscum nomen formamque retinuit nec quicquam immutatum fuit. Caeterum quo tempore aedificatum fuerit quidve vetustatis habuerit nichil compertum habeo, sive rei ipsius Antiquitate, sive scriptorum inopia. Verum hoc mihi notum et perspectum est Templum Divae Mariae de Castello eo in loco constructum fuisse ab Incolis eiusdem Civitatis in quo olim situm erat Castellum dicti Oppidi, et nunc visitur Terra acclivis et quae paulatim se attollit a caetero solo Civitatis. Aedes sacrae ipsae magnificentissimae et amplissimae sunt, luminibusque multis egregiisque ad ibidem multos Sacerdotes alendos consecratae. Anno praesenti dum haec scriberem 1527 die quinto octobris Coenobitae ipsi qui sunt Augustinianae familiae Regulares Canonici superadditis novis operibus ornarique curarunt, ita ut nichil desit ad veram Magnificentiam

Templum Divae Mariae de Castello in eo loco constructum est, in quo olim erat Castrum Roboreti

1527
5 obris

Visitur etiam in eo quarterio ecclesia sancti Sijri in memoriam tanti Viri edificata, famaque est constans eundem Sijrum esse qui dicitur tradidisse quinque panes ordeaceos Christo, reliquum dei verbum predicasse post discipulos hunc suos ad ibidem predicandum misisse, structura antiqua, Vespesiano Principe Regnante profectum esse Beatum Sijrum ad Incolas Tana ri fluminis, finitimasque regiones, cum quibus diutius commo ratus multum profecit, multosque Populos inde convertit

His proximum est Burgolium aliud Civitatis quarterium, seu Regio quae trans Tanarum (Tanarus enim mediam Urbem di uidit) hoc ita ad Occasum spectat, Alexandriamque Civitatē terminat quod oppidum dicitur Bibliuse quanto longius versus Colles ab eo quo nunc situm est loco, diutiusque deliberatum ss Incolas an cis Tanarum cum reliquis quarterijs sedes suas collocarent, an vero in eodem loco in quo nunc condita est Regio restaurent, quod tandem constituerunt impulsi armorum vicinitate, deterriti vero impensarum magnitudine, quae ab cis necessario sube= =unde erant, si cis Tanarum edificarent, potissima vero ad hoc capiendū consiliū consideratio hec fuit, proximi= =ebant enim Vineri Cives in trans Tanarū presenium

Civitatis

Civitati promoverent, longe pulchriorem Civitatem futuram
ac multo commodiorem posse quae iunctis utrique fluminis parte
ipsius [illegible] ampliorem et augustiorem reddere. ed
quennam oppidum illud auctorem habuerit, quemve
aedificatorem ob rei Antiquitatem incolis notum non est
illud tamen ego confero est minum in modum Civitatem
decoravisse ex huius frequentis et pulcherrimae regionis acies
ione. Viaeque ad lineam directae ita secant, ut nullo
negotio liceat alterum ex regione viarum existentem
et deambulantem alterum spectare

Duo item insignia oppida vetustissima Quadringentum et Olerium
tanto Urbi condendae propiorem praeviunt. de hoc postremo nihil
est quod dicam in presens, propter quam quod oppidum hoc
hominibus frequentissimum dives et valde populosum. Terri
toriumque illius omnibus rebus abundans, praesertim Tritico
et ob hanc copiam Olerium appellatum existimo
mari Olearium in quod reconditur Triticum, et praeceli
state et aliis recedentibus semper produxit viros belli
clarissimos et litteris aliquot viros insignes
cis artibus
inter quos Sancillotus Gallia floret [illegible] et
qui maximam ingenii sui famam adeptus est operibus

Sancillotus Gallia originarius

Oppidum Olerij

operibus ⁊⁊ cum conditis summa cum laude

Quadrigentum vero a quadraginta Romanis familijs Oppidum antiquitate et maxime illustre utpote quod Romanorum usque temporibus ad comprimendos motus Piceunum cum plerisque alijs finitimis Oppidis erectum fuerit id attestante Alerula quod si et Flavio credendum est is id testatur verum esse. Nam dum Romani varios bello rum eventus cum Picenibus habuissent, ut tandem illos ab saepe iteratis rebellionibus compescerent nihil utilius ipsis visum fuit quam Romanos Colonos in eorum finibus transmittere, ut Picenes in officio continerent et eorum Auctoritate, et dignitate quod si a coeptis des isterent vel si longius progressi fuissent statim Rempub. certiorem redderent, et armis quo ad possent comprimerent

Supersunt adhuc clara antiquitatis Vestigia, Templum, quod vetustatē redolet, in quo requiescunt Corpora trium Sanctorum Dalmatij, Primi, et Feliciani qui pro Christi fide Martirio coronantur, multorumque praeterea aliorum reliquiae venerandae ⁊⁊ summa diligentia a Quadragintinis asservantur

Corpora Sanctorum Dalmatij Primi et Feliciani asservantur in Templo maiori Oppidi Quagnienti

asservantur in marmorea capsa, quae [illegible] addita
utpote quae Romanis temporibus fabri[illegible] titulo
esse inscriptione monstratur. Nam [illegible]
Arca illa aperiretur quidam animadverterunt subter eos
adesse hanc inscriptionem

Sporianus secundus P. cent.
Iur. Priscus, Ducenius Proc
Ex Vernae Traiani Aug. Legion. I.
Turm. VI. Tribun. Milit. Legion XXI. R.a

Aderat et eo in loco Basilica diruta rotunda, quae antequam corpora praedictorum Sanctorum illuc translata erant, Sancti secundi Basilica nuncupabatur. Reperiuntur enim in territorium [illegible] numismata diversorum Imperatorum tam aerea, quam argentea et mea aetate reperta fuerunt multa.

Quin quidam dum altius terram foderet statuam invenit magni ponderis argenteam. At cum diutius rem celasset, rerum non potuit quomodo conflata fuisset, sed interim is valde locupletatus est. Cineres enim priscorum incolarum diu eruti in locis effodiuntur, et praesertim in agro meo Sorrettano, in quo quotidie inveniuntur lateres ab agri

Cultoribus inveniuntur cineribus refecti. Sed quia ob ingentia
Bella quae diu in Regione hac viguerunt, et ob longa militum
hospitia quae saepius eodem in hiberna transmittuntur
et ob hostium vicinitatem multa damna pati coacta
est etiam propter Oppidanorum praeiudicium praeditum
in Civitatem conspirationem factum est ut in Vici speciem
fere redactum visatur. Quamvis non desint Viri divites
et opulenti, qui spem adipiscendi in ampliorem formam
reducendi et pristinum nitorem, et splendorem mihi prae
beant, ex hoc tamen Oppido plures viri insignes armis, et
litteris non secus, at ex ipso Troiano exierunt, qui Civi
tatem ipsam abunde illustrarunt, et de quibus mox loco
suo dicturus sum.

Videtur etiam Ecclesia diruta lateritio lapide in ea regionis parte
quae ad Aspiam dicitur sub titulo sancti Nazarij
fama est et magna constans et pervagata, Monachos Divi
Benedicti illam inhabitasse, hisque Canonicis subtrahendis
vacasse, verum supervenientibus Bellis, aliisque humanis
calamitatibus tandem dirutam fuisse, hunique nostratum
verum ex huius Ecclesiae Ruina maxima evenisse Civitati
Alexandriae Episcopatum, cui ex Diplomate Pontificio
Ecclesia

prædia dictæ Ecclesiæ Sancti Nazarij unita fuerunt, et addita
Visebatur etiam et alia Ecclesia eodem in Oppido sub titulo
S. Mathei, quæ pariter unita fuit dicto Episcopatui, hoc
onere iniuncto ut alia Ecclesia sub consimili titulo
Alexandriæ erigeretur. Hanc Ecclesiam postmodum
ab Episcopis Ecclesiæ Forliviensis credendum est, magna ex
parte ... quam Fratres Capuccini incolunt, qui tam decenter
religiosam ... iam usque ab anno 15
Sed ad Alexandriam redeamus, quam damna vicina
Urbis mirum in modum auxerunt

Forum fuit / Urbs tertio ab Alexandria lapide, postea Civitas Forelli dicta
nunc Villa fori appellatur, olim populus ingens fuit, et opulentus
a Romanis oppidum conditum, a quibus etiam nomen suscepit
et clarius redditur cum patria Beati Baudolini viri sanctis
multisque miraculis clari fuerit, iam usque Longobardorum
temporibus, et de quo suo loco, et de tota vita eius comprehendi
fieri poterit explicabimus, fuit enim hoc Oppidum quasi
ipse Coniecturæ consequi potui (nihil enim ... prætercunctis
habeo quicquam) ædificatum ab ipsis Romanis, ... antiquum
esset locus in quo Nundinationes exercerentur, quod dicam nisi
resina oppida mercatura gratia consuevere

Forum sive Villa Fori Patria S. Baudolini

quod Castellum amplum, et magnificum, bereque dotatum habet.

Sed enim non sunt defraudandi alij Populi, qui et ipsi mutato solo Urbem hanc nostram auxerunt, et ornarunt, de quibus quamvis Sequentium nostrarum Municipalium Compilatores nullam mentionem faciant, utpote qui fortasse notitiam statuti habuerint nullam, tamen cum ad manus meas statutum illud pervenerit, a me Populi illi praetereundi non sunt, Ingratus quippe sim, si sileam Populos de Rempub. nostra benemeritos, faceremque contra voluntatem Civitatis totius, quae commemorari, et illos cupit, quippe grata semper fuit Patria nostra, iudicatque sapienter, et vere ingrato homine peius nihil terram sustinere. Itaque qui Rempub. auxerint, adiuverintque illi certe mea, et publica omnium sententia laudibus extollendi sunt. Hi vero sunt Boschenses, et Populus portae novae, quam nunc in agri speciem redactam videmus, atque de qua tamen nihil certum habeo, nisi quod in statuto, quod maxima cum diligentia in Libro Crucis adservatur, ratio eius est habita no-
tiar fuit illustre, et potens, utpote Marchionum Boschi sedes.

sedes et Regia qui ex Alderamo, prout alijsex Marchiones processerunt Montisferrati scilicet Incisiq, Saluciarum et reliquorum, sed multum Illustrius factum est ortu Beatissimi et Sanctissimi Pappae Pij quinti Pontificis Maximi, et Michaelis Borelli sororis eius filij, Cardinalis Illustrissimi et maximi nominis, qui cum omnibus virtutibus heroicis splendescat illustriorem patriam suam reddit, imo cum mentio Borellorum familiae in suis locis sit, in huius libro quae supra sunt, quid reliquitur, quid impedimento est Bosco quin hanc Illustrissimam familiam nobis vindicemus, ut quae sit una ex illis quae patrio solo relicto Civitati huic nostrae maximo adiumento, et stante, et restante fortuna fuerit, quod ipsum in multis documentis confederationum inter Civitatem nostram et alias insterum colligi licet ubi expressa mentio fit bonorum virorum qui ad huiusmodi foedus percutiendum missi fuerunt et in Historia processum dicetur et quamvis haec eadem familia priorum patriae suae solum veluti longo postliminio repetierit, id fortasse accidit bellis ingruentibus, et quod potissimum reor discordijs in Alexandrina Civitate pullulantibus, quod plures aliae familiae

13

praestari aliqui nomini fecerunt, ut se a civium sanguine abstinerent, sed unde digressi sumus revertamur. Hoc quidem in dies clarius redditur ab Ecclesia sanctae Crucis, quam Fratres Praedicatores observantiae a summo Pontifice Pio quinto anno 15.

constituti religiose inhabitant, sacris, aliisque divinis incumbentes.

Hic templum magnificentissimum, ac Regium una cum coenobio nobilissimo, summo sumptu aedificavit in Christi honorem, quod postea maximis redditibus dotavit, scilicet, ut essent qui orationes Deo porrigerent, plusquam sexaginta sacerdotes, ac ibi cenotaphium suum marmoreo sepulcro faciendum curavit cum hac inscriptione.

Porro et summis vasis templum hoc ornavit, et varijs sanctorum reliquijs decoravit. Haec igitur sunt Oppida ex quibus condita fuit Alexandria, quae alijs quibusvis Italiae Civitatibus metropolitanis exceptis, comparanda merito est et quae licet antiquitate multis cedat, nobilitate tamen, rerum omnium, virorumque praestantissimorum abundantia multis est anteferenda, fama est, eaque constans ad quindecim millia incolarum initio ad habitandum confluxisse, Nunc vero ad reliquam Historiae partem dirigenda est Oratio, stilusque applicandus

Libri Primi Finis

De Marinco mentio est apud Carolum Sigonium libro sexto de Regno Italiae fol. 237 et 238.

Superiori libro à nobis breviter explicata fuit Novæ Urbis origo à quibus
populis condita, quoque fuerit, et simul de illius antiquitate
Tractatum est. Nunc condita Urbe progressus eiusdem quantus
et antiquitatis licebit et scripturarum premiis demonstrabimus

Designata Urbe aratro, statim octo Populi incolas ad inhabitandum miserunt
qui quotidie res ad ædificationem necessarias subministrabant
itaut brevi tempore opus ipsum in novæ Urbis speciem redigeretur.
Sunt qui asserant intra annum opus ædificari cæptum
eandem Vallo, Fossa, et monibus circumdatam fuisse, quod ipsum
et Sigonius placuit, et ante eum Merula noster libro 3, quorum
nis ipsa huius sententiæ numero, cum et operis magnitudo, et rei
difficultas, id ut afferamus non permittat. Illud certissimè constat
incolas maximè ad opus perficiendum accelerasse, tum quia ad id
necessitate quadam compellebantur, cum iis suis habitationibus
tum etiam quia certis crebrisque nuntiis quotidie afferebantur
rem hanc summè displicuisse Federico Ænobarbo Romanorum
Imperatori, qui quotidie per Nuncios, litterasque à Gulielmo
Marchione Montisferrati de hoc tanto opere admonebatur.
graviter enim ferebat Marchio ædificationem tantæ Urbis
cernens se hac via omnino exclusum à promovendo Imperio
suo in Insubres, et præsertim in debellando et in servitute redigendo
memoratos Populos, quorum virtutem et ferocitatem ex Urbis

aedificatione maxime adaugeri opinabantur, quare nocte, dieque
dolor hic et indignatio veluti aculeus eos stimulabat quod tridique
non dubitabat Federicus Ticinenses, et reliquos eis confoederatos adnore-
re et rem hanc nostri tollere, Federicum movebat racor eius
Marchigiae iuncta affinitas, movebat contemptus sui, quod iudica-
ret rem hanc in maximum dedecus et obbrobrium Romani Imperii
redundare, ut subditi audeant et Urbes condere possint, quae aliquando
damna sibi allaturae essent. Ticinenses videbant novam Urbem
esse sibi tanquam Claustra quae se cohiberent quo ulterius progredi
nequirent. Hae considerationes Marchionis querellas iuvabant
qui id indicabat minime ferendum, sed statim communibus armis
initijs audacibus esse occurrendum, et iure foederis atque amicitiae
instabat Urbem esse delendam. Proponebat aliud periculum
quod Imperio Ticinensibusque imminerat ex opportunitate tanti
et tam populosi atque bellaci Civitati ut nihil aliud sit
certe id accidere opportunissime Mediolanensibus, communibus hostibus
qui habituri sint Urbem hanc amicam unde Paltum suum
instaurare quod illis ab Imperatore fuerat paulo ante inter-
dictum. Habituros unde se alere, unde opportuna et parata
auxilia expectare possint. Igitur Federicus cum his Ticinensis
junctus, et ut erat iracundus statim jussu litteras novae Urbi Cives conscripsit
imperans, ut ab opere desistant, neve ultra aedificationem
promoveant

promoveant. Sed omnino suum adventum expectarent, mirarique se eos in tantam audaciam pervenisse, ut novam urbem iniuria suo edificare presumerent, sed penas aliquando huiusce temeritatis daturos. Atque interim per nuntios Gulielmum admonebat, quid fieri
1169 vellet, pararetque copias quam maximas, et commeatus quantos posset, quandoquidem velle se urbem novam funditus primo quoque tempore delere, et eius voluntati eque ceteros confederatos, qui de Imperio Romano bene sentirent, commonefaceret, copias pararent, urbes munirent et reliqua facerent, que ad maximum bellum spectarent. Interim novi incole ab Imperatore increpiti et periculo, quod animo providebant, admoniti, non animum idcirco despondebant, sed alacriores facti diu noctuque menia edificabant, ac vallo quantum fieri poterat, muniebant, ita ut viri ipsi ac mulieres ad operis perfectionem continue incumberent, et quia opus erat tum longi temporis, tum maximarum impensarum mutuo a Ianuensibus acceperunt aureos mille eodem quo civitatem edificare ceperunt anno quod attestatur scriptor Ianuensis historie

Anno Christi MCLXIX ipsi incole fedus cum Astensibus percusserunt quod deinde male observatum fuit

Eodem anno 1169 Cesarienses, legatis transmissis Ruffino Blanco et Belario Bevarscho ipsius civitatis consulibus, iverunt ubi coram Pontifice

1169

Ruffinus Blancus et Blasius Brascecus Consules Civitatis Alexandriæ Legati apud Pontificem

maximo Christianam fidem profiterentur; et Deo optimo Maximo ac summo Pontifici ceterisque omnibus Regibus Catholicis successoribus solum sancti Petri ad extruendam in eo Ecclesiam offerent et insuper singulorem annuam ternorum denariorum ab iis qui magis possent et singuli denarii ab iis qui minus divites erant intra octavam Beati Martini persolverent perpetuam ac stabilem Romano Pontifici, et successoribus promittentes fidem iuraverunt ipsi ad presentiam Illustrissimorum Cardinalium Bernardi Portuensis Episcopi Ubaldi Tituli Sanctæ Crucis, Ioannis, et Pauli Archiepiscopi de Quirini Tituli Basilicæ sanctorum Apostolorum Ioannis Tituli Sanctæ Anastasiæ, Alberti Tituli sancti Laurentii in Lucina Gulielmi Tituli sancti Petri ad Vincula, Bosii Tituli sanctæ Stephanæ, Petri Tituli Sancti Petri in Damaso, Ioannis Tituli Sancti Marci, Theodorini Tituli Sancti Vitalis presbiterorum Cardinalium, Iacinthi Tituli Sanctæ Mariæ Transtiberim, Cinthii Tituli sancti Hadriani Manfredi Tituli Sancti Georgii, Ugonis Tituli Sancti Eustachii, Petri Tituli Sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconorum Cardinalium, ac aliorum Testium, et ostiariorum ad hoc specialiter vocatorum

At Mediolanenses cum ... re sua esse viderent novæ Urbis ædificationem si aliquo modo Populum tam ingentem, ac armis insignem in suam amicitiam, et confederationem allicere possint statim

Legati

legatos ex primarijs Civitatis ad nouam Urbem transmiserunt
cum amplis mandatis, qui gratularentur nouae Urbis aedificationem
ipsique se suaque omnia pollicerentur, ubicumque Mediolanensis Re-
publicae opes possent excelli usui, et ornamento semper amicos fuisse
Oppidorum nunquam controversias ullas inter se se extitisse sed pacem
et iura vicinitatis sancte seruasse, ideoque posthac seruaturos esse causa
constantiae suae et communis conseruationis; porro Federicum
Caesarem male in nouam Civitatem animatum esse, sed ut qui technis
et fraudibus Gulielmi Marchionis Montisferrati in ipsos accenda-
tur, quare si amicitiam Mediolanensium Noui Cives non respue-
rent nullam moram esse, quin fides inter ipsos et incolas nouae
Civitatis fiat et sanciatur. Caesarienses opulenter et magnifice
Mediolanensium legatis receptis, ac eorum mandatis auditis se post
triduum responsuros eorum legationi dixerunt, quare inito
consilio rem totam ad illud retulerunt, iussique omnes consi-
derare rei grauitatem et rerum qualitatem. His accedebat non
leuem famam certam esse Federicum ut morem gereret Gulielmo
iterum se accipere etiam Alpes Iulias transiturum, et recta
ad nouam Urbem occupandam, si possit, non contemnendum
Exercitum adducere, bellique machinas magnam et alia ad
Urbis expugnationem necessaria Gulielmum, et Papienses suppe-
ditaturos. qui apparatus faciebant ut valde timerentur ne

nova Urbis oppugnationi fuhirę succumberet, presertim adventu Federici cum Imperatorem summi nominis ducem et adversos tot infensissimos inimicos nominis novę Urbis quare si unquam aliàs hoc potissimum tempore divinum numen ab omnibus implorandum esse ut doceret quomodo Reipublicę esset prospiciendum. Incolę vero novę Urbis rem omnem ubi perpenderant omnibus usui in Mediolanensium amicitiam eandem esse conclamarant et furentissimo hosti, divinisque omnibus interdicto occurendum utpote qui Romanam Ecclesiam suo nutu regere optaret pontificesque et inhibere et destituere ad arbitrium cuperet, atsi moriendum esset pro incolumitate Sedis Apostolicę et Patrię gloriosam mortem oppetere rem omnibus optabilem et gloriosam. Quare Legati Mediolanensium acciti in hęc pacta fędus petiverunt ut Mediolanenses et novę Urbis incolę in fędere perpetuo permanerent. Hostes eosdem communes haberent si Federicus aut qui vis mortalium alius arma adversus novę Urbis conditores moveret, Mediolanenses cum omnibus copijs auxilio essent et contra ut fundatores novę Urbis omni conatu, et opera contenderent, ut Mediolanensium Civitas, quę à suis civibus refecta fuisset contra Federici mandatum, sarta tecta quantum in eis esset prestaretur, et a communi hoste defenderetur. Hoc igitur inito fędere Mediolanenses in Patriam suam redierunt. Populi novi ferociam multitudo

multitudinem, atque adeo liberalitatem extollentes. Interim de
his omnibus rebus, quae gerebantur a Gulielmo certior fit Federicus
quare tamquam Romanam Expeditionem magis, ac magis accelerat, tum
ut in inimicos Imperii adduceretur, ac nichil tale timentes, tum
etiam ut Urbis novae moenia, quae surgere indies magis audiebat
progressum in medio opere impediret, et ut Mediolanenses ab
consilio Urbis suae reficiendae avocaret, quae omnia consiliis suis valde
obstare iudicabat. Quare adiuncto sibi Ladislao Bohemiae Rege
quem Imperator ipse Federicus ob virtutum praestantiam Regem
creaverat, per Alpes Julias in Italiam transgressus, Seguinum petiit
atque simulatione quadam illum adortus, evertit moenibus deiectis
celeriter Hastam Coloniam petiit, quae statim Seguinianum
excidium pertimescens Federico se dedidit. opportunissime autem
accidisse sibi celerem Astensium deditionem ratus est Federicus
ad maturandam scilicet Expeditionem, et ad victoriam ex Urbe
nova parandam, praesertim auctis copiis Gulielmi, et Ticinensium
cum quibus Gulielmus Federico occurrit, ut communibus consiliis
quo modo bellum gerendum esset deliberare valerent. Federicus
ut erat alto animo expugnationem speravit primo quoque tempore
in ipso itinere successuram. Gulielmus qui saepius expertus fuerat
Mediolanensium novae civitati arma, quippe probe noverat ingente
et spiritus coercendos hostes obsidione videbat quam futuram

et longam, et difficilem asserebat, et propterea omnibus rebus pro-
videndum prius esse, quam obsidione cingeretur Civitas videbatur.
Federicus qui cuperet res maximas brevi tempore perficere Sulichno
imperat ubi comeatus parando operam daret, provideretque ut
ex Marchia Ripe, et ex Ticinensium regione abundanter affluerent
ac ad exercitum adducerentur. Interim se experturum quid veterani
suae copiae possent, quamobrem successu exercitu Ticinensium
et Sulichni ipse cum veteranis copiis suis ad novam Urbem
1174 properat die celeberrimo Sancti Michaelis anno M.CLXX
IIII itaque [illegible] milite cingit diviso exercitu itaut essent,
qui Urbem obsiderent, et citra Tanarum, et trans Tanarum
ut ita duobus in locis obsessi vires suas dividerent. Fama est
Federicum iusto exercitu Urbem obsidione iam cinxisse, qui in dies
augebatur copiis ab universis fere Italiae Urbibus, et Principibus
huc advecti, qui de imperio Romano bene sentirent. Incolae novae
Civitatis quos posthac Caesarienses appellabo, hac re nihil commoti
ingere omnia parabant quae ad propugnationem necessaria videbantur
in Urbem prius advecti, omnibus rebus, quae essent et ad munitionem
Urbis, et ad victum necessaria a vicinis oppidis. Itaque post annum
sextum, quo aedificari coepta fuit Civitas, obsidetur, cum nondum
moenia perfecta forent, et vix fossa circumdari coepta. Incolae ut
aliis

aliquo modo Federicum placarent, nec eorum iratum grauius
etiam minacia irritarent. Caesaream nouam Urbem appellarunt
sperantes iram principis irati hoc facto lenire, quod legati sui
cum mandatis Imperatoris Federici missi Caesariensibus imperabat
statim ut se, bonaque sua dederent; admirari autem se quod se
inconsulto ausi fuerint nouam Urbem moliri, Federique cum
suis perditis hostibus Mediolanensibus inisse quibus ut adhuc esse
debebat interdicebantur, ne inposterum unquam moenia reficerent, ac
Ciuitatem colerent, sed uicatim habitarent, propterea cum comperto
habere se Caesarienses communicasse consilia cum illis qui Alex
andro Tertio Romano Pontifici fauebant ac propterea
seque maiestatis reos esse, ideo nihil morerentur deditione facere
et a sua humanitate et clementia expectent omnia, si in contumacia
perseuerent se et Urbem uastaturum, totumque genus ad internitione
deleturum, nulla aetatis, nullo sexus habita ratione. Caesarem insu
per addebant legati esse Virum ferocem multis in rebus uenatum
ac rebus gestis, et infinitis Victoriis clarum, atque cui Uniuersa
fere Europa pareret. Adhuc contumaces habere Romanum
Pontificem Mediolanenses, et Caesarienses monere ideo ne ultima
expectarent exciddijque sui suorumque causam praeberent. Addebant
alia multa, quae terrorem multitudini incutere possent, sed
Caesarienses nihil harum rerum terrore permoti breuiter legatis

responderunt, Non esse, quod Federicus tam infenso animo Cesarienses persequeretur, quod novam Urbem edificaverint in iuriam suo, se sincero animo id fecisse. deinde ut à Marchionibus Montisferrati, et Ticinensium iniurijs se defenderent, quibus nihil ullo tempore unquam prius sit, quam se omni iniuriarum genere opprimere quod ipsum satis Federicò notum existimabant, se nulla alia de causa Urbem novam condidisse, quam ut ea esset propugnaculum adversus irruptiones et incursiones, quo hac ratione munirent se contra inexhausta Marchionis, et Ticinensium odia, qui semper in ocio oppidorum damna excubarent. Ceterum se honorem usque ab initio Urbis habuisse summo Imperatori cum summopere studuerint adeo nomen sue Patrie accipere Cesaream appellantes. Quod attineret ad fedus initum cum Mediolanensibus non negare se id sed factum esse postquam adventum eius in Italiam, atque adeo in perniciem Cesariensium cognoverunt. Ceterum se pro sede Apostolica non recusare, quin mortem oppetant, se nichil in hac humana vita splendidius habere, non opes, liberos, non Uxores, non quem speciem aliquid boni habent, priora habere quam ut salva sit sedes Apostolica, et sine qua ne esse quidem, aut vivere vellent, quod illa columna bari, et fundamentum totius Christiane religionis columnorum sit, pacati animi Federicus Urbem

ipsa vellet, et ideo libentissime quam minimo modo se sedi Apostolicae
et Mediolanensibus suis foederatis reconciliaret, animumque inimicum
abijceret; sin vero magis cordi erant arma, quam pax, veniret, et lecta
ream caperet, se sequentium exemplo potius velle pro Republica
occumbere et sede Apostolica, quam hostem communem sub tecta
recipere. Quibus auditis Federicus statim cum Guilielmo et ducibus
Ticinensium de ratione Urbis expugnandae consilia agitat, simpliter arctius
obsidione Urbis, nullum genus machinae, nullum genus operis, atque
artis omittitur. Quae omnia tamen Cesarienses irrita faciunt, nunc oppugnan-
tes fortiter repellendo, nunc eruptione facta hostes adoriendo, et eorum opera incen-
do. Multumque iam intercesserat temporis ac iam in maximo frigore
milites vix sub dio poterant, Federicus tamen omnibus caritatis
occurrens milites stabat, tentoria pelles, ac istiusmodi subsidia
parari iubebat, et omnibus his rebus se muniebat, quae longae et obsti-
natae obsidioni necessaria erant. Interim cum expertus fuisset nichil
per vim proficere posse adversus virtutem Cesariensium, ad astus et
dolos conversus excogitavit rem cuniculis agendam esse, quare loco [illegible]
[illegible] statim cuniculum versus flumen Burmidam ad meridiem
agi iussit, ut per illum in Urbem magnam vim militum clanculum
immitteret. Quae res nichilo atque alia felicius successit. Quandoquidem
Cesariensis Populus excubia hanc rem praesentientes ex Turre Tre-
more statim rem totam indicarunt. Itaque et ipsi adversum
cuniculum agunt, quo nichil tale timentes Federici milites

Recipiunt, et ad unum contrucidant. Re intelecta Caesar suos, qui subsecuturi reliquos fuerant, revocare coactus fuit, sed in hoc tanto ardore Caesarienses in castra ipsius Federici impetum fecerunt, ac multis Caesarianorum occisis in Urbem se incolumes receperunt. Adest etiam nun specus, qui Cuniculus appellatur, scilicet ubi Cuniculus factus fuit. Interim Cesarienses, Deo optimo Maximo gratias egerunt quod tantum Populum servasset, et Mediolanenses per litteras rogant ut obsessis sociis subsidium, et open ferant, adesse tempus quo ipsi fidei, et virtutis suae specimen Ederent. Iure quidem amicitiae et federis postulare, ut periculum nullum pro sociorum salute debeant subterfugere: attamen nunc non solum ultimum discrimen requirere, sed quid modo advenis Federicum mediantes, jamo negotio impelli, et ossi posse illum ad obsidionem solvendam. Mediolanenses, qui vidisent Cesarienses impigros extitisse, ac fedus initum inviolabiliter servasse, quique cogitarent contingere posse ut et ipsi aliquando externa ope indigerent, auxilium ferre decrevere, ut quare non nulla oppida Ticinensium agressi Brovinum et Sanctum Nazarium diruerunt, mox que ad Clastidium Exercitum et Carbinum ducere ceperunt, ut de summa belli cum Federico ipso disceptarent. Sperabant enim si inter suum Exercitum et Cesariensium copias Federicum includere medium posent, se dubio procul victoriam reportaturos. Caeterum Ticinenses statim Federicum admonent de Mediolanensium celeri adventu

periculo

proinde rebus suis ipse mature consuleret. Hoc Nuntio accepto Federicus nil caeteris statim conclamari [illegible], palamque profitebatur se militem in Mediolanenses ducere, a quibus existimabat se victoriam reportaturum. et ita Derthonam pervenit, ut inde ad vicum Iriae, et mox Clastidium perveniret. Mediolanenses vero ubi intellexerunt Imperatorem rei militaris scientissimum in ipsos movere, credentes eum illis copiis occursum statim constituerunt, castraque munierunt ut huius consilii et conatus finem praestolarentur. At Federicus ut erat dux impiger ac vafer, cum se in Mediolanensis exercitus conspectum dedisset, atque illi interim praelio se accingerent, aciesque explicarent vertit ille iter ad culmina montis prope Clastidium ut hac ratione Mediolanensium irritos conatus faceret, et eluderet. Caeterum Papienses qui et ipsi auxilium a Mediolanensibus expectabant cogitantes id, quod revera erat, Federicum vel adversus Mediolanenses properare, vel obsidionem relinquere statim copiis eductis in Federici Imperatoris abeuntis postremum agmen impetum fecerunt, illumque nullo respectu fundunt fugantque Castellumque satis firmum diruunt, soloque aequant. Fama est Castellum illud fuisse in loco prope Burmidam iuxta praedia sororis mei Caesaris Gazanechie, in quibus etiam nunc multa vasa militaria reperiebantur. Vallettaque appellatur mox pro dictis Federici castris Imperatorem insequi coeperunt, prudenter tamen et ac pedetentim ne locum aliquem insidiis faciendis darent

Anno Christi MCLXXV

Federico. Hic dies fuit resurrectionis Domini nostri Jesu Christi
insequentis anni, quo obsidio cepta fuit. Mediolanenses cum vidissent
Federicum leonis more fugere, statim legatos miserunt Cesarienti Populo..
qui de Patria liberata gratularentur, ac pacem perpetuam profiteren-
tur cum illis habituros. Dein ubi equum erat concurritur ad Dei
optimi Maximi templa, et totam Cesaream vota persolvuntur
et Deo optimo Maximo gratiae ob liberatam a tanto periculo patriam
aguntur

Sed hic deplorandum est quod veterum scriptorum incendio absumptorum infeli-
citer nomina illorum preclarorum ducum interierunt, qui pectora
sua hosti prebuerunt, quippe fortiter, et viriliter pro Patria mortem
oppetierunt. Sed piae animae vobis solatio sufficiendum est, cum quicquid
a vobis viriliter factum fuerit, id omne in caelis scriptum invenietis.
cum vos, vestraque omnia pro patria Hosti obieceritis, atque quod
longe maximum, maximeque pium est Truculentissimo hosti pro
sede Apostolica opposueritis. Vos vero scriptores Germani qui de
Federico ipso in Derthonae, et Mediolani obsidione tantam verborum
copiam effudistis cur hac in re ~~tan~~ tam avari, et minime liberales
fuistis? Num vera fortasse ipsa nos ascribendo deterruerunt? an veri-
ti Principis, atque irati iram ut deflecteretis, id a vobis minime
factum fuit: quod inprimis si fideliter historiam conscribere
voluistis a vobis prestandum erat. Sed de his alias.

Iam patet novae Urbis origo, et divisio, quam ipsa ab incunabilis suis passa fuit, qua nullam aut periculosiorem dicas, si oppugnantis vires et fortunam spectes, aut nobiliorem si obsessi Populi constantiam, atque animum consideres, aut etiam gloriosiorem, et magis piam si causam extimes, studium scilicet tuendae libertatis, quae semel partae, et Apostolicae sedis et fidei conservandae, atque amplificandae. Incolae enim novae Civitatis in ipso initio docuerunt Imperatorem furentem audacia faces, et caedes annunciantem infringi posse, ac nullum felicius cadere bellum, quam id, quod pro religione christiana suscipitur. Nunc vero quomodo novae Urbis incolarum progressus demonstrabo, idque annuatim, ut casus acciderunt, ne historiae istius fines non patiantur, ut quod alio modo, atque aliis temporibus factum fuit sub historiae proprio ordine exponatur, sed in suos quosque annos et tempora quanta diligentia consequi potero digeram, ac fideliter referam.

Anno Christi 1174 mense Martio vicini Populi novae Urbis magnitudine, et amplitudine permoti, crescentemque atque ambientes illius patrocinium et amicitiam, ubi haberent quo flante et reflante fortuna veluti in tutissimum Portum se recipere possent multi, et in primis, qui Castelacium habitabant liberi

1174

23

et amplam donationem fecerunt Cesarienibus Vici Castelletti
cum Castro, et Florentijs Fegali vero ad id destinati Bernardo
Agalio, Manfredo Stulto, Oberto Babilonia Henrico Alardo
Anno 1175 Sunt qui velint, ut Boyalo placuit hoc anno Episcopus inceptis novae
Urbis nomine Aldardus ab Alexandro 3 Pontifice qui eius Diaconus
1175 erat primum datum fuisse hoc addito, ut Episcopi cruce et pallio
uterentur non secus ac si Archiepiscopi essent et Civitas scalare
vea Alexandriam de eius nomine appellatam ut in Alexandrinos
gratum se se ostenderet multis deinde additis diplomatibus
Pontificijs summa cum Alexandrinorum Civium commemoratione
Ad alias ut Alexandrinorum fortitudinem litterarum monumentis
commendaret sempiternis

Anno 1179 Die S. Martini Consules Alexandriae Ugo Ustica, Conradus Stultus Hieronimus
1179 receperunt in Tutellas, itaut salvum esset ius Abbati S. Salvatoris
Papiae, quod salvo d. iure praeterea semper erunt Alexandrini

Anno Christi 1180 die mensis Aprilis inita fuit concordia per d.
1180 Petrum Caresium Rubaldum Vicalium, Anselmum Ceppam
Ruffinum de Foro Vermum Pallalum Rubaldum Saccum
Consules Civitatis Alexandriae cum Marchionibus Bosci
Anselmo Delfino et Andrea qd. D. Vermi itaut Marchionibus praedictis
Braidinum sine fraude restituerentur et ut Marchiones
ipsi

Petrus Caresius
Rubaldus Vicalius
Anselmus Ceppa
Ruffinus de Foro
Varmus Pallalus
Rubaldus Saccus omnes
Consules Civitatis
Alexandriae

ipsi in beneficium darent Reipublicae Alexandrinae Castrum, et Villam
Ponzani, et Maranzanae.

Eodem anno facta fuit confirmatio quorundam priviliegiorum ab Alexandro tertio
1170 Pontifice maximo, de qua supra mentionem habuimus, dum de oppido
Bosci verba faceremus.

Anno Christi 1171 sexto calendas Martii cum Genuenses diversis bellis impli-
citi essent, et propterea utili foedus inierunt cum Republica Alexan-
1171 drina, quam maximo sibi adiumento esse ob vicinitatem, et rei
militaris peritiam et recentem gloriam cernebant, quare Ianuenses
per legatos suos promiserunt quod ab illo die et usque ad novem annos
inde secuturos Abbati quidem Burgoltenii Magistro Ugone
Calefo Preposito Alexandriae, Rempublicam Alexandrinam adiuva-
bant quoque cis Apenninum iugum suis propriis expensis, ac opibus,
ducentos Arciferos per magistros Ianuenses unum Operarium
Balistarios decem belli tempore Reipublicae Alexandrinae suppedi-
tabunt. et contra Alexandrini Ianuensibus quinquaginta milites
ducentos pedites ultra iugum Apenini sua expensa libenter
ac fideliter praebebunt.

de Magistro Ugone Calefo sive Canefro Preposito Alexand. Vide lib. Crucis et ann. ab Ghil.

Anno Christi 1172 Gulielmus Marchio de Terra Ianuensis Alexandrinorum
auxilio adiutus Silvanum Castrum, et arte, et natura munitum
1172 obsedit, expugnatque

Anno Christi 1183. Die decimo Julij Capriata Oppidum post diuturnam obsidionem, et bella, tandem foedus cum Populo Alexandrino percussit Petro Carfro, Calderia Borello, Anselmo Cuppa, Bossio Buttino, Ottone Durco, Marcino Picio, Arnaldo Vena, Joanne Vasco, Ruffino Scacharello, Manfredo Butino, Cocagna Oglerio, Oglerio Cagna, Rainerio Wano, ac prodam Reusalio Consulibus

1183
Petrus Carfrus
Calderia Borellus
Anselmus Cuppa
Bossius Buttinus
Otto Durchus
Marinus Picius
Arnaldus Vena
Joannes Vasco

Eodem anno cum Henricus Federici filius Italici Regni coronam vehementer affectaret, videretque illam minime consequi posse Italicis cum Patre discordibus, ac dissentientibus, patrem impulit, ut legatos in Italiam mitteret cum libero, et amplo mandato, ut singulas Civitates quae erant pacis studiosae, vellentque concorditer cum Federico vivere arbitrio suo facultatem universis fore. Itaque Alexandrini miserunt legatos Marchionem Henricum Suevum, Fratrem Theodoricum, et Rudolphum Camerarium cum libera potestate ut quicquid ipsi statuerint se servaturos pacto sacro, [illegible] habituros quo factum est ut omnes Societatis Lombardiae Urbes, Marchiae Veronae, et Venetiarum pacem peterent ab ipso in hunc modum. Si Federicus pacem habuerit cum Ecclesia Romana, nos omnes Civitates Lombardiae Mediolanum, Cremona, Laus Pompea Bergamum, Ferraria, Brixia, Mantua, Verona, Vicentia Patavium

Ruffinus Scacharellus
Manfredus Buttinus
Cocagna Oglerius
Oglerius Cagna
Rainerius Wanus
omnes Consules
Civitatis
Alexandriae

1183

Patavium, Tarvisium, Venetia, Bononia, Ariminum, Mutina
Regium, Parma, Placentia, Bobium, Derthona, Alexandria
Vercellæ, Novaria, Opizo Marchio Malaspina, Comes de Brenone
et Castellani quicunque, et homines qui cum sede Apostolica
sentiunt et nos pacem habebimus cum Federico Imperatore, atque
omnia quæ Antecessores nostri a morte Henrici postremi Imperatoris
Antecessoribus suis ulla absque molestia fecerunt, et nos Federico, successo
ribusque suis sine fraude faciemus: quæ pax recepta fuit per Alexandrinorum
legatos Guidonem Ploanam seu (ut Ghilinus) Ploveram, et Ioannem
Ardizum, aliisque Rebublicis suis recipientibus. Quare pace in hunc modum
cum Federico composita Federicus ut rem gratam faceret Alexandrinis
ipsis maximo verborum apparatu palam collaudatis, fortesque viros
appellando, ut infamiam quam sub Alexandria receperat, tegeret,
edixit ipsis Alexandrinis specialiter, uti omnes Cives, qui quatuordecim
annos excederent, et sexagesimum non attingerent fidelitatem
sibi, atque Henrico suo filio Romanorum regi iurarent, atque
tam masculi quam feminæ ab Urbe exirent, et tandiu extra eandem
moram traherent, quo ad ipsius legatum solemni more introduceren-
tur, ut acta ista, et ille dare, et hi accipere de Imperatoris manu
Urbem, quam propriis annis civiliter habitati fuerant, viderentur.
Atque ut in posterum mutato nomine Alexandria Cæsarea appellaretur
Consulesque annui munus hoc a Cæsare, siquando in Italia esset
habere procurarent, sin minus absens vices gerente quem ipsi

in Italia non haberet, quinto quoque anno in Germaniam Legatos transmitterent, itaut omnino munus hoc ab Imperatore peterent, bellum, pacemque Federici nutu, atque adeo arbitratu administrarent, quos deffendere ab alieno Imperio, maioribusque viribus promisit. Legatum semper in Urbe haberet iurisdicendi gratia in litibus gravioribus, qui una cum Consulibus Civitatis, quos Civitas elegisset, iudicia exerceret, Reipublicq curam gereret, portorium ponti Tanari ac reliqua vectigalia publicanis ad id institutis exigeret. Nuntij his rebus tractandis, et efficiendis Magister Anselmus Comanus et Theobaldus Vasonus, qui cum Alexandriam pervenissent, et quid gestum esset cum Imperatore exposuissent. Alexandrini parum mutatis iussa Imperatoris, ne ipsi soli inter alios Lombardiq populos pacis, et quietis turbatores esse viderentur, receperunt, pareréque mandatis predictis promisserunt, hoc uno excepto, quod nomen Urbi, ut mutarent nullo modo induci potuerunt. Permanent etiam nunc nomen, et officium quatuor Consulum Civitatis, qui inter Cives sui reddunt, quos Civitatis generale consilium sortibus ex pyxide deducit. Hi Iurisperiti sunt, et de Collegio Civitatis extra pene abiectç sunt

Anno Christi 1185 Die ultimo septembris Alexandrini, cum cernerent Marchionem Montisferrati sibi maxime infensos esse, continuéque insidias tendere Casale Sancti Evasij intempesta nocte aggressi sunt, sed cum conatus eorum minime succederet, ac irritus fieret, cum primis fere Casalensis

Alexandrini Civitatem Casalis S. Evasij aggrediuntur et maxima parte incedunt

1189

1190 26

Casalenses, maximam partem oppidi incenderunt quod incendium ad Canonicam usque Ecclesiæ venit, dein pedem retulerunt

Anno Christi 1189 Consules Ianuenses fœdus inierunt cum Alexandrinis, et Astensibus ut domicellam Uxorem Marchionis Alberti ab Incisia debellarent quæ per summum scelus Ansaldum Bosserium, Henricum Bonhsaluam ad Philippum Galliæ, et Ricardum Angliæ Reges et ad alios Principes Ultramontanos destinatos in itinere intercepit in legatione pia et Christiana proficiscentes, ut illos hortarentur Ianuensium nomine ad suppetias ferendum Terræ Sanctæ sed cum illa cuperet, ut pecunia captiuitatem redimeret Interim eosdem carceri mancipatos retinebat, comparato igitur maximo Exercitu, hæc tantis apparatibus perterrita legatos incolumes abire permisit, qui cum libenter, et comodè legationem suam obirent, Illinoritanum Regis et aliorum Principum animum ad auxilium ferendum induxerunt. Saladinus enim Hierosolimis triennio antea occupatis, ad cætera oppida, et Urbes Syriæ oppugnandas properabat

1189

Anno Christi 1190 sexto calendas octobris. Cum ob diuersa dissidia nostra Respublica Alexandrina discordaret ab oppido Marij et Astensibus factum fuit fœdus horum Trium populorum intercedentibus pro Alexandrina Republica, Oberto Natta Anselmo Cuppa pro Astensi Vermo Canalerio Marchisio Cauria et Vermo de Ast. pro Mario

1190

Silio Crossa, Vermo Felice, et Turcho Consulibus, et legali

Anno Christi 1191 — 1191 indictione nona die decimo tertio 8bris, quia Viæ publicæ

jamu tutæ erant et quia multum ære Monachorum Sancti

Salvatoris Papiensis Civitatis erat Joannes Abbas ipsius Monasterij

monachorum consensu donationem fecit Sandecio Consuli Alexandriæ

Urbis quartæ partis Vectigalis Bassaluti, Oppidi insignis, quod alias

Bassareguttium appellabatur una cum Vectigali Fresonariæ, ipseque

reno indicti Oppidi posset portorium aliquod exigere vectigalve

excutere nisi ipsi Abbati et Reipublicæ Alexandriæ placuisset

et contra dictus Sandecius nomine reipublicæ promisit vias bona

fide manutenere a latronum incursu. Documentum inde susceptum

fuit Ticini in Claustro Monachorum Sancti Salvatoris

Eodem anno 1191 — Henricus Imperator, ut magis Rempublicam Alexandrinam ad

se alliceret, aliam quartam partem dicti Vectigalis Alexandrinis

remisit nuntio Imperatoris ad id intercedente Thoma Castellano

Donarum, et pro Republica Alexandrina Oberto Gandenario

Ruffino Saribaldo Manfredo Valentia, Oberto Moisio, Armano

Sacco, Anselmo de Diacono, Ozippone Stancho Guliermo Platone

et Sandecio intercedentibus

(Thoma Castellano, Oberto Gandenario, Ruffino Saribaldo, Manfredo Valentia, Oberto Moisio, Armano Sacco, Anselmo de Diacono, Ozippone Stancho, Guliermo Platone)

Eodem anno 1191 — Die quarto mensis Augusti Consulibus quibus supra et potestes

Moneum Puteus investituram fecerunt de Castro, et Iurisdictione

Pozani in illos de Bolzenis (vide)

1191

Eodem anno quinto Calendas novembris Alexandrini in fide, cum Marchionibus Rizialte Vallis Burmidae Bonacio, Anselmo, Sarzino, Nicolao, Otho filii Guidonis Sarzini coiverunt. Consulatum Alexandriae gerebant Obertus Spandonarius, Ruffinus Sarabaldus, Sandreius Armanus, Jacobus, Rubaldus Suevra, Silius Sianola, Manfredus Valentia, Obertus Moilius, Opizo Stranejus, Armanus Mueros, Anselmus Strajonus ea conditione ut Marchiones memorati mansuerint cas Tosse Civitatis Alexandriae conficerent

1191 Obertus Spandonarius, Ruffinus Sarabaldus, Sandreius Armanus, Rubaldus Suevra, Manfredus Valentia, Obertus Moilius, Opizo Stranejus, Armanus Mueros Consules Alexandriae

Eodem anno cum orta esset quaedam discordia inter homines Poforum Maranorum Vici sancti Antipoi, et Cives Alexandriae conventum fuit tertio decimo Calendas septembris ut indigenae Patre Dei peterent ab Alexandrino Pastore, idque intercedente Guidone de Sancto Nazario beneficiarii dicti loci

Eodem anno cum nondum Alexandria esset muro fossaque cincta, cives enitebantur ut primo quoque tempore haec efficerentur quare homines ab Urbanico qui nunc omnino destructus est et prope Alexandriam in Jus suum receperat solemni stipulatione intercedente promiserunt quatuor Perticas Fosse et Muris sui expensis condere

1191

Eodem anno tertio calendis novembris qui fuit Alexandrinae Reipublicae satis fecundus, cum adhuc inimicitiae gererentur adversus Marchionem Montisferrati Astenses ad hoc legato Alberto cum Pastore Alexandrino mecum Pastore in Ecclesia Sanctae Agatae Vivinarum

1191

Ubertus Watta · Nicolaus et Ubertus de Foro · Ruffinus Scacavellus · Balduinus de Turre

Balduinus Bassianus

Samuel Rubeus

Io. Suarez

Obertus Fantinus

Bonifacius Inverardus

Petrus Carefrus

Theobaldus Suazonus

Vermus Pallatus

Albertus de Quizzenti

Iacobus Plovera

Vermus Asinarius

Vermus Canzavehta

convenerunt Bellum et suscipere et gerere communibus armis contra Marchionem Montisferrati. Aderant cum iam dicto Rectore Alexandriæ Obertus Fantinus, Bonifacius Inverardus, Petrus Carefrus, Theobaldus Suazonus, Vermus Pallatus. Albertus de Quizzenti, Borellus, Iacobus Plovera, Vermus Asinarius, Vermus Canzavehta, Ioannes Suarenus, Samuel Rubeus, Balduinus Bassianus, Obertus Watta, Nicolaus, et Obertus de Foro, Ruffinus Schacavellus, Balduinus de Turre, Stephanus Iudex, et pro Astensibus multi nobiles, et ipsi dictæ Civitati

Anno Christi 1192 die vigesimo quarto Februarij Ianuenses cernentes maxima Auxilia ab Alexandrinis accepisse, surgere inde ab illis collata beneficia, ut aliqua liberalitate gratitudinem ostenderent, Alexandrinos immunes reddiderunt a Portorio quod exigitur ad portum Civitati Ianuæ Manfredo de Foro, et Theobaldo Causidico Alexandriæ Consulibus

1192

Eodem anno cum Ianuenses nonnulla Castra haberent cui Iugum quod fieri nix possent convenere solemniter cum Alexandrinis ut ibi Castrum Sanij cum Curia, Montaudum, Arelium, Taxarolum et Pastoranam tutarentur

1192

Eodem anno die decimo quinto Maij Iurisdictio et Castrum Palmontis Reipublicæ Alexandriæ donata fuerunt Borello Rubeo pro Republica sua accipienti

1192

Anno Christi

Anno Christi 1193. Cum Marchiones Montisferrati faces illas odij quibus toti
ardebant adhuc non restinxissent Federico Imperatore, et inox Henrico
1193 eius filio faventibus, ut essent qui tamquam Perpetui Hostes Alexandri
norum gloriæ detraherent, nunc in beneficium acceperunt Castra quædam
quæ Iuris Reipublicæ Alexandrinæ erant, et adhuc ijsdem agitarentur
fortunis — — — Alexandrina Respublica ut aperte
probaret se non passuram has clandestinas Oppugnationes Casale
Sancti Evasij manu armata invadit, et cohortibus suis implet, quod
cum sensissent, sed pauci adversus multos pugnarent, proruptione
integri Casalenses ferro et sanguine succederent, contenti depredatione
sola se Alexandriam incolumes receperunt.

Anno Christi 1197 Gulielmo Pusterla Cive Mediolanensi pretura gerente
1197 obijt in Apulia Henricus Imperator, qui vix annos sex
Federico Patri supervixit, infensus atque Alexandrinorum nomini

Anno Christi 1198 die decimo quinto Aprilis Astenses donaverunt Castrum
1198 Castagnolæ Alexandrinæ Reipublicæ Iacobo de Brixia Pretori
Alexandriæ Vicario, ea addicta conditione ut nullam fœderis, nullam
Gulielmo Pusterla Civis Mediolanensis amicitiam Alexandrini cum Marchione fama contraherent, neve
Astensibus adversarentur, quod tandem aliquot annos servatum
est, sed irritum post fuit

Eodem anno cum Marchiones Montisferrati vicinos quoque regni non
1198

1199

dederent Marchiones Occimiani, Anselmus, Vermus, Monachus, Canai, et Corradus fratres, qui ab illis male tractabantur, ut Alexandrinos in amicitiam suam pellicerent insignem quandam largitionem omnibus ætatibus memorandam fecerunt Reipublicæ Alexandrinæ medietatem Villæ, et Castri Peranchi, Videroni, Trex obij Alicis, et Barberij Sancti Salvatoris, ac Oppidi Vignali omneque insuper Ius quod illi ultra Tanarum haberent hac conditione ut Populus Alexandrinus illis Auxilio esset contra Montisferrati Marchiones, ab illorumque iniurijs tutaretur Quodque unum ex dictis Occimiani Marchionibus annuatim in Consulem deligerent, eo tempore, quo reliquos Alexandriæ Consules renuntiarent.

Anno Christi 1199 die quarto Aprilis cum varijs Bellis fere attriti essent Marchiones Montisferrati cum Alexandrinis compromissum fecerunt apud Ripas Padi haud longe a Ponte, sua in Legatos Mediolanensium et Placentinorum

1199 qui hac de causa illuc accesserant, ut ipsi cognito quid ab utraque parte pretenderetur, iudicio litem terminarent. In quod Compromissum Astenses, et Vercellenses comprehensi fuerunt qui omnibus perpensis in eam ivuerunt sententiam ut Marchiones Gulielmus, et eius filius darent in

Mediolanensium

Mediolanensium et Placentinorum posterdem Castrum Sancti Salvatoris de Guno et de Vignale, ubi tenerent tanquam Obsides seu pignora quae amitterentur, nisi Marchiones iudicio paruissent. Legati pro Republica Mediolanensi fuerunt Subpicollecimus Mai-reriis Ofredes Groseltus, pro Placentinis Antonius Fontana et Ioannes Bonamena, et insuper iuverunt, ut prefati Marchiones in contractu foedus intra octavam Resurrectionis cum Alexandrinis inire deberent. Pro Alexandrinis interfuere Ardizonus Sambaruhus, et Ugocionus Puteus.

Eodem anno die duodecimo mensis Iunij in executionem eius quod Legati Mediolanensium, et Placentinorum iusserant, initum fuit

1199 foedus inter Republicam Astensem, Vercellensem, et Alexandrinam, cum Gulielmo Patre et filio Marchionibus Montisferrati et pro Republica Alexandrina interfuerunt Gulielmus Lanzavecchia, et Guido Riova.

Anno Christi MCC die sexto Februarij Pacto inter Rempublicam Alexandrinam

1200 et Universitatem Quadrigenti inito, constat olim hoc oppidum fuisse pro dimidietate Iuris Episcopi Astensis, illo namque pacto colligitur Alexandrinam Rempublicam debuisse Vasallos Episcopi Astensis qui erant in Oppido Quadrigenti a maiori vi defendere, et inibi separatam

1202

mentionem facit Virorum Quadraginta Familiarum, qui Quadrigentum construxerunt

Anno Christi 1202 — Otho Carretus, Veruns Cevenis, Anricius Ponzonensis Marchiones

1202 die octavo Mensis Martij cum multæ Intercessissent simultates inter Rempublicam Alexandrinam, Othonem Carretum, Vermum Cevensem, et Anricum Ponzonensem Marchiones, tandem arbitris Intercedentibus, fœdus ictum inter ipsos fuit in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Alice, ut si quando quis arma in Rempublicam Alexandrinam intulisset, Marchiones adversus ipsum arma caperent, et vim propulsarent, præcipue adversus Aquenses, receperuntque Marchiones prædicti se omni ope enixuros, ut Episcopatus Alexandrini redderetur. Alexandrinique Civem creamunt Othonem Carretum, qui hac de causa libras quadraginta persolvit Alexandrinis, ut ex illis muros Civitatis conficerent, et arbitrio suo uterentur, et præterea, ne Alexandrini in posterum Castellum aliquem edificari permitterent a loco Bastagni supra, et a loco Sancti Stephani supra. Insuper Marchio Otho Carretus nomine suo, ac consociorum suorum Imperatori fide semper salva fidelitatis iuravit Populo Alexandrino. In hoc fœdere conficiendo aderant

Oberthus Vatta
Ruffinus Scacharellus
Obertus Tanlinus
Vernus Sangavechia
Ioannes Pellatus
Ruffinus Suiffus
Ioannes Svattonus
Albertus Balbus

Aderant ex Alexandrinis Obertus Watta, Ruffinus Scacharellus, Obertus Tanlinus, Vernus Sanzavechia, Ioannes Pellatus, Ruffinus Suiffus, Ioannes Svattonus, Albertus Balbus, Pretore Guidone Opizone Ossa

Eodem anno memoratum fedus comprobatum fuit in Maiori Civitatis consilio

1202 a Vermo Cerrani, et Carnono filio Marchionis Othonis Carreti pridie idus Augusti, et Pontium Marchionem Ponzoni ibidem adprobatum

Eodem anno quinto idus Ianuarij Homines Montaldi sponte se Alexandrinis

1202 subiecierunt, ac in eorum fidelitatem devenerunt homines Vallizinare et Molorenses, pro quibus ipsi Montaldenses intervenerunt

Anno Christi 1203. Tertio idus Augusti cum adhuc lites et bella inter

1203 Alexandrinos, ac Marchiones Bonifacium Patrem et Gulielmum filium preveraverent, Alexandrini ut lites preciderent, et seminar bellorum restinguerent, receperunt renunciationem omnium Regalium et Iurium a dictis Marchionibus pretensorum, una cum medietate Sevadij, Ritorti, Cachinorum, Utriusque Carzaneti, Candoli et Carmolini et omnium aliorum Iurium, quae aliter pretendere possent Marchiones, et precetium super octo locis de quibus Alexandrie originem traxerat. Gratiaque id declinantes Guidone Povere et Giulipho Acerbo, eiusdem Civitatis Consulibus, pro quibus oppidis infeudatis Alexandrini Iuramentum clientare prestiterunt.

prefatis Marchionibus in oppido Palezzate . Insuper Alexandrini tenerentur bellum gerere contra Imperatorem Alex. ... Dertho nam, et oppidi Cassinarum nisi in his ... ad defensionem ipsius obtinerent

Eodem anno nonis 7bris cum Albenses maximis difficultatibus premerentur omni conatu contenderunt, ut Alexandrini secum fedus inirent. quod obtinuerunt Rubaldo Cerato Consule Albensium adid tractante. Consulibus autem Alexandrinis Balduino

1203

de Turre, Anselmo Scambrello, Conrado Occimiano Guidone Porcova, Ruffino Bellono, Gulielmo Pelato Jacobino Thebaldano, Roberto Rondana, Pagano Puteo et Ruffino Curnilia, cum ante hos Consules fuisse ut Eodem anno Obertus Malta, Mussius Scambrellus Joannes Guattonus, Manfredus Guarchus, et Obertus de Toro

Eodem anno decimo quinto calendas Obris Gulielmus Montisferrati Marchio investivit Ruffinum Curniliam Consulem Alexandrie, et Uxorem Uticam Sygati pro medietate Castri Retorti cum decimo septimo calendas predicti Mensis investiverat

1203

Gulielmus Marchio Montisferrati investivit Ruffinum Curniliam Consulem Alexandrie pro medietate Castri Retorti

accepissent de utroque Carzaretto Superiori et inferiori ac insuper Ville et Castri Casis novi et Medietatis Castri Novi ac Castri, et Oppidi Lezzadi in Executionem pactionis et confederationis inite eodem anno tertio Ids Aprilis

Eodem anno Homines Aquesanę in potestatem venerunt Reipublicę Alexandrinę
1203 Ruffino Bellono Consule, idemque fecerunt quarto idus Februarij
Homines Villę Vignali, ac mox homines de Calocio

Anno Christi 1204 sexto nonas Martij Derthonę iuratum fuit foedus inter Alexan-
drinos, et Derthonenses, pro isti sacramento dicto societatis pro
1204 acquirendo Episcopio Aquaru͂ Alexandrinoru͂ nomine Consulibus
Manfredo Guasco Otho Bello et Andrea Ottobello

Eodem quoque anno Otho Ghilinus Episcopus Bobiensis Patria Alexandrinus
1207 suffectus fuit Archiepiscopus Ianuę in Bonifacij demortui locum,
Otho Ghilinus Episcopus Ianuę idque ab Archidiacono, et Preposito Ecclesię Maioris Conventu͂
in quos istos ob varias discordias collata erat potestas eligendi
Archiepiscopu͂

Anno Christi 1205 septimo idus Martij Guilielmus Montisferrati Marchio
1205 Vecchias oppidi Felizani dono dedit Populo Alexandrino

Anno Christi 1206 sexto idus Iunij Pontificatus Innocentij anno nono is summus
Pontifex cum maxima intercessisset controversia inter Alexandrinos
1206 et Aquenses de Pontificalibus Ecclesijs, in tam dubia re
hoc consilij cepit, ut uniret Ambas Ecclesias, ita ut neutra
altera prerogativam maiorem haberet, et unus idemque Pontifex
esset, qui utriusque Ecclesię pontificalem sedem obtineret, et
ne unio hęc confusionem aliquam induceret, statuit ut

3

negotia, et causas quae ad Ecclesiam spectarent Agriensem Episcopus
cum consilio Agriensium Clericorum obiret, et quae ad Laicos
Agrienses cum consilio Laicorum Agriensium, idque sive in Civitate
Agriensium sive in eius diocesi. Itemque statuit de negotiis quae perti-
nerent ad Populum et Ecclesiasticos Alexandrinos, uteretur autem
duplici sigillo uno quo se representaret se Episcopum Alexandriae
altero quo Agriensem, ut negotia distingueret hoc ordine. Caeterum
Chrisma, Baptismum ac maiores solemnitates alternis annis ita
distribueret et partiretur, ne querellis locus esset ulli. Privatas
autem solemnitates celebrare deberetur apud illam Ecclesiam
cuius erant speciales. Idem statuit de ordinationibus Clericorum
quodque apud utramque Ecclesiam vel diocesin saltem per
dimidietatem anni moram traheret, nisi necessitas immineret,
vel aliud suaderet. Ambae quae Ecclesiae Episcopum concorditer
eligerent, mox confirmandum per Archiepiscopum Mediolanensem
quod ubi non succederet Romanus Pontifex is esset qui illum
eligeret. Hoc privilegium maxima cum verborum praefatione
Innocentius 3. Alexandrinis attribuit. quod hic interserere
non piguit. De hac, inquit, superne potestati praerogativa
processit, quod felicis memoriae Alexander Pontifex Praedecessor
noster, attendens fervorem devotioni, et fidei quam ei

ei Alexandrinus Populus tempore gravis et grandis necessitatis exhibuit Apostolice sedis Auctoritate decreverat ut quoniam Alexandrinorum Civitas longe maior est, ac populosior, quam Aquensis, Episcopalis sedes de illa cuius Dioecesi est contigua transmitteretur ad istam. Episcopo itaque Alexandrini, et honorabiles Nuntios tam Clericos, quam Laicos ad nostram presentiam destinatos suppliciter postularunt ut quod idem predecessor noster provida deliberatione decreverat nos Dius nostris inherentes faceremus executioni mandare sed quoniam de huiusmodi translatione non solum nostra Civitas, sed etiam Papiensis quae Aquensis Civitatis defensionem susceperat scandalizari plurimum videbatur. Dicto. partes nostras interponimus ad concordiam statuti predicti predecessori nostri taliter moderantes ut Alexandrinam et Aquensem Ecclesias uniamus et.

Eodem anno 1206 legitur in quibusdam antiquis scriptis tantam fuisse Alexandrini populi continentiam ut animadverterent in Petrum Sattum et Petrum Banam qui Excubias prebant pro Republica eo quod Tabulis lusissent licentiam quod dedissent Matheo ut merchicem in domo haberet et post pulsatam Campanam potum Bibentibus preberent, quod facere minime licerat vetante Iure municipali, quare publicis officiis privati et publico testimonio ferendo exclusi fuerunt et ut in posterum suprema notati essent infamia

Anno Christi 1207 Guido Dominus Canti Papaij de Olesio hominis suo nomine

1207

et Raineij Trahi venditionis iure transtulit in Rempublicam
Alexandrinam Castrum Ronzani cum omnibus Iuribus quae in eo
pretendebant, Guidone Bignono Bonifacio de Murandi, Guertio
Consulibus Alexandriae representatisque fuerunt hoc nomine pro
Republica Alexandrina eidem libras tercentas quinquaginta
Papienses

Eodem anno Quarto idus Iunii(?) Vercellenses renovato foedere, quod cum Alexand
inis habebant convenerunt ut aquirendum(?) cos communicaretur
1207 ut ipsi promiserunt nullos Casalenses, qui tunc exteres e Padia(?)
erant in suos cives recipere

Anno Christi 1208 die ii idus(?) D. Opetius(?) Roversatus fructum ligni verae
1208 Crucis domini nostri, quod Constantinopoli attulerat, eo tempore,
Opizo(?) Roversatus quo in potestatem venit Latinorum Reipublicae Alexandrinae
Lignum Verae Crucis dono dedit, hoc adiecto pacto, ut illius Respublica curam
domini nostri Reipublicae gereret, quodque nec Episcopus, nec Clerus, nec Ecclesia
Alexandrinae dono dedit aliqua illius curam susciperent

Eodem anno Aqueductus qui summiter a flumine Burmida Samaleum(?)
1208 versus primum confectus fuit summa cum Reipublicae nostrae
Obertus Fontana utilitate ad munditiam Civitatis et cujus clementiam Oberto
Pretor Alexandriae Fontana Placentino Pretore Alexandrino

Anno Christi 1209 die undecimo mensis Aprilis Ugo Torniellus Episcopus
Aquensis et Alexandrinus ob dissidium ambarum Civitatum recessit,
1209

ab

1200 Ugo Torniellus Episcopus Aquensis et Alexandriae

ab civem sed cum illius desiderio maxime tenerentur compromiserunt
in D. Nicolaum de Toro Rectorem Albensem qui cuncta rimatus rectum
sumum protulit ut Episcopus frueretur in posterum omnibus prerogativis,
honoribus et iuribus quibus ante annum anteaquam recederet a dictis
Civitatibus fruebatur. Quod laudum Albae Compeius datum fecit,
presentibus ipso Episcopo et Oberto Mosicio Consule Aquensium
Iacobo Buccatio Uberto Mantea Othone Gaya et Alesadio
Iustiti Aquensis Ceterum pro Republica Alexandrina

Ugo Clarius Albertus Borellus
ipso interfuerunt Guilielmus de Ciriate Rector tunc Civitatis
Alexandriae ad quod firmandum Alexandrinorum nomine intererant
Ugo Clarius et Albertus Borellus

Anno Christi 1210 die 30 obiit cum ut supra dictum est Marchiones Boschi
in beneficium concessissent Castrum et uicum Monticlari Reipublicae
1210 Alexandriae nihilque superesset quam ut possessionem pacificam
consequeretur loci indigenae concepti verbis ad fidelitatis iuramen-
tum adacti sunt Gaffrido Guasco Rectore Alexandriae aderat
D. Delphinus et Ioanne eius uxor Marchiones Boschi

Eodem anno Occhium et Morscastellum ab Alexandrinorum manibus erepta
a Ticinensibus fuerunt Guinforto Bellonio Aquensi praetura
1210 Alexandriae exercente

Anno Christi 1212 praetura gerente Ruffino Advocato Vercellensi ingens
1212 praelium apud Baltennam Aeruitam quam nunc Bassignanam

1215

Rufinus Arogadi
Vercellensis Pretor
Alexandriæ 1212

appellari consuevum fuit, sed non reperio cum quibus id acciderit

Anno Christi

1215 Nicolaus de Andito cum Pretor erat Alexandriæ, et secundi

rursus illæ paces inter Marchiones Montisferrati et Alexandrinos

1215

nunquam retinetæ erant, sed adhuc maxima pręberent bellorum

semina; Alexandrini delectu habito confederati Mediolanensibus

et Vercellensibus unijs et Astensium insignem cladem Marchionibus

Montisferrati intulerunt. Casale clarum Divarij obsiderunt magna

vi, et omni instrumentorum adoppugnandum genere, ad id adhibito

quod die secundo Augusti post multas oppugnationes tum suerunt

Civitatemque igne, et ferro corrumpuerunt multis Casalensibus ac

eorum protectoribus desideratis, ac penitus excisa et eversa

Capsa Sanctorum Evasij Natalis et Proiecti Alexandriam translata fuerunt à Civitate Casalis Montisferrati

Urbe corporibusque sanctorum Evasij, Natalis et Proiecti

Alexandriam delatis. Edicto insuper præceperunt ut nemo hominum

Casale inhabitaret, illudque reedificare auderet, qui id facere

conaretur hostis Populi Alexandrini haberetur, quod ea mente

ab Alexandrinis factum fuit, ut Marchiones hac Urbe nudati

arcam in futurum nec tam facilem, neque tam propinquam haberent

iniuriam inferendi Alexandrinis. Quare Casalenses hinc et

inde palantes, ac dispersi veluti feræ vagabantur. Sed cum

ad honorium Tertium summum Pontificem accessissent

illumque provoluti pedibus calamitates miseriasque suas eidem exponerent, iussit Pontifici ut omni animo, et corpore

contentiose

contentione conaretur, pacem inter utrosque Populos conciliare summinus operam daret, ut Alexandrini saltem remitterent Instrumenti oren Civitatis, quod in Pontificis gratiam Alexandrini concesserunt

Anno Christi 1216 Othobonus Crux Mediolanensis Præturam egit in Civitate Alexandriæ quo tempore summus cum totius Civitatis consensu Porta

Othobonus Crux Prætor Alexandriæ

una ad Tanarum posita fuit ædificata, quod itur ad Villam Fori similiter et ad partes ibidem existente

Eodem anno Honorius tertius summus Pontifex litteris Prætori Populoque Alexandrino missis ipsosque breviter collaudatis anno tertio sui Pontificatus

1216 duodecimo Calendas Maij sub sua protectione ac clientela Rempublicam recepit, adiciens ne molestus sit, ac insuper attestatur fuisse in honorem sedis Apostolicæ Erectam Alexandriam ab Alexandro tertio prædecessore suo nomen assumpsisse, et in fide permanere. Ceterum sub Imperatore Romanorum designato ac Siciliæ Rege requisiti fuerint ad Iuramentum fidelitatis ... non recusarent, nisi Ceteræ Lombardiæ Civitates illud iurum et ipsæ præstent, salva tamen fide in sedem Apostolicam

Eodem anno die decimo tertio mensis Augusti Baldus Rugna, Otho Sanitius Sandulphus et Ugo Suaracchi cum pluribus alijs donationem fecerunt Reipublicæ Alexandriæ Cassini et Socij ... qui pariter illud in beneficium a Republica Alexandrina receperunt

Baldus Rugna Otho Sanitius Sandulphus et Ugo Suaracchi

Eodem anno die decimo quinto mensis ... Fides confoederationis fuit Reipublicæ Alexandriæ cum Vercellensibus, et conditione adiecta ut etiam Po-

1216

1216

Mediolanenses reciperentur, modo ut dixerunt, nulli nominantur, qui dicto Federi intervenerint, curtando

Anno die, et mense, quibus supra Vermus de Turicello sibi satisfactum averuit de Venditione illa in Alexandrinos facta, scilicet Lachorum Cuniolj et Turicelli. Insuper clientare iuramentum prestitit Reipublicę Alexandrinę Vermo Mandello Pretore

1216 Vermus Mandellus Pretor Alexandrię

Eodem anno die nono mensis ibbris Nicolaus Suevelius, Catuinque Eius Nepos cum primis donationem fecerunt Populo Alexandrino octave partis Lachi, et Villę Brjalle, statim de Eidem Suevelinam nanciscuntur ab eodem Populo, qui pariter non nulla iura in Lachis Chiusgre Carperetti habebant

1216

Eodemque anno die decimo mensis ibbris, qui maxime festilis fuit Civitati Alexandrinę Respublica emit a D. Henrico filio quondam D. Othonis Chechit. quintam partem Oppidi Carellarum, et Florentiarum quartam partem Turris Meppani de Carellis, quartam partem Castelanię Freni, ad hec, seaque sui iuris essent in Sesamo, Guinaporo, Sancto Martiano, et in Maracha, hocque nomine libre centum papiensium representantur

1216

Eodem anno Vermus Mandellus Pretor nomine Reipublicę a Tripho Croza suo, et nomine Vermi Eius Fratris quartam partem Vici Sarbarolę cum dimidietate Eius Turris, Turrim Lachi Meppani de Calamandra, partem Eius Sexami, et partem Lachi et

1216

et Villæ Sancti Martiani, et Soirani et inde totum Comitatus
Carellarum et Spirentiarum comparavit octuaginta quinque
libris Astensibus pro illis nomine dinumeratis; in qua venditione
testis aderat praeter Mandellum Roboreum supra a nobis memoratus
Iacobus Peluchus Civitatis Alexandriæ Iudex

Eodem anno idem Trinchus vendidit Reipublicæ Alexandriæ nomine Iacobi
1216 Maximillæ medietatem Turris Sesami atque tertiam partem
Palatij Calamandranæ, et totius Contili Carellarum

Eodem anno, et die Otto Corbellarius Reipublicæ Alexandriæ vendidit quartam
1216 partem Sarbagole, medietatem Turris Alexani, et Calamandranæ
quæ dicitur Corbellariorum atque suam portionem Calamandranæ
et Suirani ac Carellarum, atque ad illas spectant praeterea

Eodem anno, et die huic Venditioni accessit etiam Henricus Danisius suo, et
nomine Iacobi fratris dilectissimi Reipublicæ Alexandriæ quartam
1216 partem Sarbagolæ cum medietate Turris portionem suam Turris
Sangiorgij Villæ et Castri Sancti Martiani et Monacha, ad id
praeterea quod in Contile Carellarum habebat pretio librarum
numeratis sexaginta sex

Anno Christi 1219. Cum Respublica in praestiti Iuramenti Transgressionem
incidisset quod Censum annum Romanæ Ecclesiæ non persolvisset
1219 aliquot intervectis annis, quodque adversus Regem Siciliæ

arma suscepisset illa Rajnaldum Trattem, idest Trottem
Trattem enim scribo, ac Strinsihu Acerbum ad Pontificem
destinavit, et ad eius delegatos ut absolutionem ipsorum obtinerent
quae obtenta fuit die undecimo Martij, et Alexandrini recepti
receptique sub Romanae Ecclesiae protectione sunt hoc adiecto
ut nullis amplius adhererent quinto decimo calendas decembris
anno tertio sui Pontificatus

Anno Christi 1220 Senatus, Populusque Alexandrinus die decimo quarto
Martij, ut quantum fieri posset per hominum memoria
1220 conservaretur id quod dignum omni memoria a Republica
ipsa gestum erat, et ne beneficiorum memoria intercederet in
Rempublicam collatorum sanxit ut Petrus Ferrarius Reipu-
blicae Cancellarius Leges municipales quasdam observatas
diligenter per Rempublicam scriberet ad aeternam rei
memoriam, inter quas reperta fuit Lex illa, quae summam
reddebat gratiam et liberalitatem in Beneventos de Urbe
Alexandrina

Eodem anno ad Honorij tertij Pontificis Maximi petitionem, qui
1220 premebatur a Federico secundo cum Mediolanensibus, Faven-
tinibus, Novariensibus, Placentinis, Vercellensibus, Terthonensibus
Mantuanis, Brixiensibus, Veronensibus, Alexandrini foede-

inierunt

inierunt Legato Henrico Anagnino, qui postea Gregorius nonus

nuncupatus fuit

Eodem quoque anno Diuus Franciscus Assisiensis sanctitate et religione summum

1220 florebat, et Alexandriam uenit, quo etiam tempore non nulla mi

racula in Urbe edidit

Anno Christi 1221 Ingens terremotus hoc anno auditur in Ciuitate

1221 Alexandriæ in die Natalicio Domini nostri Iesu Christi

Anno Christi 1224 Alexandrini, cum Genuenses in ea adhuc persisterent senten

tia, ut recusarent Capriatam Oppidum quod distat à Ciuitate

1224 Alexandriæ quatuordecim milliaribus restituere, sed illud una cum

Arquato Castello ui retinerent, arbitros eligere conuenes

sed cum res non succederet uim adhibere conati apud Peretum

contra Genuenses impressionem fecerunt, sed iterum Alexandri-

cum Vercellensibus, derthonensibus et Mediolanensibus ex antiquo

fœdere Capriatam adorti Agrum longe, lateque deuastarunt

Castrum à Capriatæ cactis, nod omnium rerum necessariarum

copia bene instructum esset, recedere coacti sunt. At Genuensis

Respublica illius Pretore duce maximo comparato Exercitu

adhibitis etiam multis Bauareis militibus Sauiñ Oppidum

et Montaldellum adoriuntur, quæ ad fundamenta diruta

sunt, Sennam mox cum multi captivis, quos in Montaldello
ceperant, redierunt. Sed Alexandrini cum confederatis Tara
volum, qui expugnant, illudque incendio absumunt, dein una
cum derthonensibus Arquatum machinis bellicis adorti sunt.
Tandem quia fama erat Sennensem Potestatem adventare, et
iam Voltagium advenisse, et ne minores copie cum maioribus
congrederentur, illud deseruerunt. Eadeque causa Sennensis Re
publica onus viginti solidorum civibus indixit, pro singulo quoque
centenario suis mobilibus bonis unius denarii cum dimidio
preter onus armorum, et equorum personis omnibus indictum
praesertim his, qui propter aetatem, vel propter alias causas excusabantur.

Anno Christi 1225 Conflictum fuit a Marchio Marchione Montisferrati apud
Vallem Quattuordam, et Calamandranam cum Astensibus
qui in excidium Alexandrie Civitatis cum Papiensibus
fedus percusserant et hac de causa usque ad portas Civitatis
omnia late omnia ferro et igne agros vastarunt.

Anno Christi 1226 Die decima quinta mensis Iulii ad Sennensium
Potestatione Astenses iterum in Alexandrinos arma moverunt
maximo cum exercitu numero, sed Alexandrini maiore illorum
parte trucidata, omnibusque prostratis cum 1100 illustris

nomi

nominis capiunt: alij in quatuordecim Castrum abire coacti, quos Alexandriam tradixerunt una cum quinquaginta Obsidibus, quos Mediolanensibus dederunt et ita carceri inclusi Alexandriæ per annos decem cum dimidio retinentur.

Eodem quoque anno Diesglio ubi Hastenses iterum apud Calamandranam prodigialiter, et maxima exercitus pars occubuit, octo centum capiuntur, ac carceri traduntur ubi longum tempus permanserunt, et quo bello Hastenses ducentum
1226
Andriotti de Maino Angeli Simonetae Thomae de Tibaldis ducales consiliarij electi ad alienandum [illegible] ordinaria quaecumque [illegible] Civitatibus pro satisfactione [illegible] aliorum et pro [illegible] stipendij

locis Mediolanensis dominii, alienandi et in feudum concedendi quecunque Oppida, Castra et loca dicti dominii, exceptis Civitatibus pro satisfactione qui alieni, et pro solvendis stipendiis militum Marchionis Estensis ferrariensis, Marchionis Mantue, Comitis Urbini, Ruberti Sanseverini, Bosii Sfortie, Corradi de Fogliano, Tristani Sfortie, Comitis Gasparis de Vico Mercato, et aliorum qui numero decem millium Equitum et duorum millium peditum, et ultra excedebant, nec non et pro mercede prefectorum et Custodum Castrorum, Oppidorum, Portarum, et Citadellarum Mediolanensis dominii

Anno Christi 1467. Die sexto Januarii Blanca Maria Vicecomes, et Galeatius Maria Sfortia Mediolani duces, auctoritatem facultatem et licentiam

1467 concesserunt, et in mandatis dederunt memoratis Mandatariis, alienandi, investiendi, infeudandi, ac in feudum honorificum, nobile, gentile, antiquum et paternum, et avitum, et ex [illegible] traditionem et capitum investiendi Magnificum Dominum Joannem de Tolentino militem, et ducalem Consiliarium, eiusque affinem, nec non et Magnificum Dominum Nicolaum de Tolentino militem eius filium presentem, eiusque filios, et descendentibus masculis legitimis, et de legitimo matrimonio, lineaque masculina tantum [illegible] natis et nascituris de Oppidis Guardiasenti

166

et Soleriji cum omnibus eorum pertinentijs iuribus datijs, et omni
mero et mixto imperio, gladij potestate, et omnimoda iurisdictione
et ad faciendum omne preiudicium eo dicto oppidorum alienatione
quod eidem sacerit et sicut in ipso diplomate dato Mediolani
die suprascripto

Prefatus vero Ill. d. Joannes de Tolentino die nono dicti mensis
mandatum facit in Ill. d. Nicolaum eius filium ad recipiendum
investituram alienationi feudorum, datiorum, et iurium oppidorum
Quadrizenti et Soleri a predictis Mediolani Ducibus vel ab
eorum presentibus eius officialibus, et mandatarijs et ad constituendum
pretia sicut ipsi videbitur et ad ea solvendum, et eo ut
satius in eo contineretur

Eadem die 1467 Nicolaus de Tollentino Mandatarius Oppidi Quadrizenti et Soleri

1467

predicti mensis Januarij supra memorati Ducales Mandatarij
alienationem faciunt et in feudum honorificum, nobile, gentile
et antiquum, et paternum tradunt et investiunt Ill. d. Nicolaum
de Tolentino coram ipsis Ill. feudis constitutum suo, et
nomine Ill. d. Joannis eius patris de oppidi Quadrizenti Soleri
cum omnibus eorum pertinentijs, iuribus, datijs, et cum omni mero
et mixto imperio gladijque potestate, et omnimoda iurisdictione
pro se, suisque filijs et descendentibus masculis legitimis
et

et de legitimo matrimonio sineque masculina tantum procreatis et
procreandis ipsum Comitis Regimenti in dictis Marchiis Italicorum
inveniendo alienataque fuere predicta oppida precio librarum imperialium
millium septem centum tredecim solidorum decem denariorum
decem Monete Mediolani Ambrosio Aregono Ducali Thesaurario
Reddituarium prout in continetur instrumento rogato per Iacobum
de Perego Notarium Mediolanensem

Eodem anno quinto nonis Maij Paulus secundus Summus Pontifex Archi
presbitero Sancte Marie de Burgolio commisit ad petitionem
Ecclesie Cathedralis Alexandrie ut prebenda Sancti Iacobi de
1467 Sardonariis Monachorum Sancti Benedicti mense Capitularis
pro distributionibus quotidianis divinis officiis intervenientibus
perpetuo uniretur quandoquidem illi summo Pontifici exposuerant
averrant prebendas beneficiorum adeo tenues esse et parvas
ut vix ex eis sustentare se possent vocato tamen ad id Abbate
et conventu Monasterij Sancti Gaudentij apud Sanctum
Stephanum Valli Bovori a quo ipse Prioratus dependebat

Anno Christi 1471 Galeatius Maria Vicecomes Sfortia una cum Bona
Uxore Mediolani Duces Alexandriam Genuam redeuntes
1471 recipiuntur a Republica honorificentissime

Anno Christi 1475 et sequenti inauditi frigores inceperunt de mense Xbris et per
totum mensem Martij perdurarunt, et per menses sex tanta asperitate
nives e caelo ceciderunt, ut a die nono mensis Xbris omni mense
1475 nives ceciderunt quae dinumeratae fuerunt triginta duas vices xxxii
quo anno vites fere omnes radicibus mortuae sunt, multique mortales
ad aliam vitam commigrarunt, itaut usque ad diem sextum Maij
nix adiumenta fuerit, pruinaeque asperrimae ceciderunt usque ad
decimum quintum mensis Aprilis. Nihil omnino fuit mensisque
brevissime, et non excedebant digitos quinque, et rarissime, quicumque
nullus nives fuit in agro Alexandrino xiii post diem vigesimum
mensis Maij post quod tempus severe cessit, atque ne messes maturae
are exsurrexerunt et vineae quae mortuae non fuerant multas uvas
produxerunt, et ita aestas acta est cum mortali [illegible] hoc anno
sit usque ad mensem Junij modo hiemes, modo aestas sentiretur,
nixque dinosci poterat hiems an aestas esset, panum frumenti
vinum satis optimum collectum fuit: hoc anno morbi acuti
cum febribus continuis advenit, quia deve multi divites morierunt
et citissime: Exitu mensis Xbris per dies quatuor adeo frigus intensum
se reddidit ut glacies nivesque fuerint in [illegible] Cappriani nives
deciderunt, reliqui menses temperati

Anno Christi 1476

Anno Christi 1478 Joannes Antonius de Sancto Georgio Praepositus Sanctae
Ecclesiae Mediolanensis vir in Iure Canonico doctissimus, qui Ticini
1478 publice per multos annos Ius Canonicum professus est, extantque
in Ius Canonicum multa preclara commentaria, et tractatusque de
Appellationibus edidit. Episcopus Alexandrinus a Sixto quarto
Summo Pontifice creatur, qui eodem anno, et de mense Julij Alexan-
driam solemni pompa, multisque cerimonijs ingreditur. Eodemque
mortuo Marco in eius locum suffectus Ecclesiam sanctae Mariae
de gratijs ad Marchisianum paucis iam antea annis constructam
in prioratum erexit, cui Fratrem Clementem de Scimbaldis
Mediolanensem Priorem dedit. Is annus frumenti, et vini copia
insignis fuit.
Eodem anno Claroentus Cirinula die primo mensis Orphanorum fecit, pesteque
1478 laboratum fuit, et in Civitate, et in Burgolio
Anno Christi 1479 Bona Mediolani Ducissa Civitatem Alexandriae immu-
et nem fecit ab onere imbotaturae Victualium, ac Vini cum
1479 omnibus oneribus, quae sunt inter corpora Cancellariae ob benemerita
Reipublicae in ipsam Bonam, et Joannem Galeatium filium
collata.
Anno Christi 1480. Die vigesimo quinto mensis Aprilis Bona Mediolani
1480

25

15
7

Marcus Boidus
Secretarius Ducis et Bonae

Ducissa sic suadentibus Gibellinis nostris Marcum Boidum Torthi
Ricuderum secretarium suum ad Ferdinandum Regem Neapolim
transmittit, ut quaedam negotia cum eo componeret ac explicaret.

Eodem anno die decimo quinto mensis Octobris Bandellinus Collus Alexandrinus
qui tunc capitaneum iustitiae Mediolani gerebat Papiam
1480 mittitur ut Cicum Simonetam Calabrensem olim secretarium
Francisci Sfortiae ducis carceri iuxta Ludovici Sfortiae patrui
Francisci ducis infantis emancipati examini traderet et nocentem
de eo agitaret. Hic cum ad omnes dignitatum et honorum
gradus provectus fuisset et tandem Bonae et Ioannis Galeatij
et mox Francisci infantis secretarius, et annum unum gereret, quo
in castro Ticini inclusus detineretur, et sub quaestionibus fuisset
processum confecto ille Bandellinus Collus Mediolanum rediens
Ludovico ostendit, qui die penultimo Octobris de eius mandato
Ticinum rediens in castro memoratum Cicum in capitis
obtruncationem condemnavit, eumque multavit, qui maxima
constantia hoc ferens, carnificique ipsi instans ut cito necare-
tur, crucifixoque venerato, hora decima septima capite punitus
cuius cadaver ad ecclesiam S.ti Apollinaris extra portam
S.tae Mariae in Pertica deportatur ibique humatur

Hic est ille Lichus multis animi dotibus et bone fortune insignis de quo versus illi decantantur

Incolumi Galeaz poterat duce plurima Lichus
Sublato Lichus iam duce cuncta potest

et iterum

Dum Rotat instabilis fortuna volubilis orbem
Ex summo Lichus lapsus ad ima ruit
Omnia qui poterat post annua carceris alti
Vincula carnifici colla secanda dedit

Eodem anno de mense Novembris Alexandrie in igne quoddam evenit nam in edibus Blasij Panigori Iure consulti Illmi spiritus ille
1420 qui folletus appellatur per plures menses a pueris et filijs suis audiretur hic multa pericula in domo committebat lapides confrangendo omnia volutando et qui audituri inerant hos maxime noctem infestabat neque domesticos expostabat (?) tandem de mense iobris (?) loqui cepit aliam Latino Romano intelligentibus respondebat de rebus et negotijs que in partibus longinquis gerebantur. Verum quia huiusmodi sunt spiritus mendaces multa errorea et multa a vero aliena inserebat. Vox eius erat veluti vox felis submissa et distincta profitebatur se Angelum

#

dei Sanctissimum Nomen Jesu Christi appellabat. deque vera Cruce
Alexandriæ esse dicebat pueroque parvosque Jocaliter exhortabat
Hic Blasius fuit Nepos idest filius Fratris Lazzari Medicine
doctoris d. Franceschini Parizoni qui Renati Regis Siciliæ et
Hierusalem et Regis Caroli et Ludovici et mox Angliæ Regis
Medicus extitit. Blasius vero Comes et Miles ab Imperatore
efficitur

Eodem anno Joannes Galeatius Maria Sfortia Mediolani dux
1480 Philippum Tensinum Secretarium constituit super redditibus
ordinariis et dependentibus

Eoden anno die vigesimo quarto mensis Iunii Philippus et Luchinus fratres
de Tensini renunciarunt feudo et Jurisdictioni oppidi
1480 Seppadii in manibus Joannis Galeatii Sfortiæ Mediolani
ducis ut ex pacto tenebantur, quoque his tantundem redditus
dederunt videlicet Imbottaturas Terræ Landiæ

Anno Christi 1483 die tertio mensis Augusti Luchinus Trottus filius
Luchinus Trottus
1483 Augustini Archidiaconus Alexandriæ a Sixto quarto
summo Pontifice in Episcopum Bobii efficitur

Eodem anno cum nichil de mense Aprilis pluisset nec etiam de mense
1483 Maij grandis penuria frumenti et Vini extitit quadra...

modiis frumenti Alexandrinus Mediolani libris octo comparatus fuit, vinum venditum fuit in singulo sextario solidum unum, caloresque inauditi extiterunt quare causa multi vitam cum morte commutarunt, et hoc ptimum anno Alexandrie ceptum est sterni vias pecipue lapidibus, et huius rei principium fuit in via ubi Ferrarie mercabantur hoc ordine factum fuit, ut quilibet civis suis sumptibus quantum protenderet domus sua id prestaret. Idem eodem anno in Oppido Castellatii factum fuit

Anno Christi 1427 Petrus Vespulius Florentinus Pretor, et Comissarius Alexandrie interfectus a quibusdam Civibus Conclamata fidei cum principe in vigilia ascensionis domini quendam suspendi iusset ad Tobiam Pretorii absque confessione, et sacramento ullo Ecclesie quadere Dux ira accensus domos Reorum dirui fecit et solo equare pluresque milites Alexandriam transmittit, existimat enim ille civium coniuratione id accidisse sed re detecta animum in melius mutavit

Petrus Vespulius Pretor Alexandrie interfectus

1427

Eodem anno Vindemia uberrima fuit, et adeo vilis, et vinum optimum ac purum viii solidis sexdecim singulo sextario venderetur quod aliquin vendi solebat florenos duos quod estate tamen nihil pluisset quod mirandum est

1427

Eodem anno multi more latronum furantes et interficientes per Alexandri[am]
libere discurrebant impuniti, quod et similiter factum fuit anno se[quenti]
1484 1485 quo anno tandem Ludovicus Sforzia ad similia delict[a]
investiganda, et puniendum, Alexandriam misit Joannem [illegible]
Cagnolam Mediolanensem

Anno Christi 1485 die duodecimo mensis Maij pestilentia in Civitate
1485 laborante fiunt extra Civitatem mayalia ut inde infirmi
se recipere possent, sed Tanaro, et Burmida fluminibus inundantibus
voracibus plures absorti fuerunt, qui eadem de causa ad qua[m]
partem in Abbaretum se receperant circa loca Burmidae. [illegible]
anni initiis fuit adventus Herculis Ferrariae ducis qui [illegible]
ter, et honorifice cum ad aquam Balnea proficisceretur ab
Antonio Trotto Receptus fuit, cum quo aderant Jacobus
Trottus, Paulus Antonius Trottus secretus [illegible] et Nicolaus
Trottus omnes Ferrarienses, qui tandem ortum suum ducunt ex
Civitate Alexandriae cum hinc in Urbem Ferrariae [illegible]
Transivissent iam centum quinquaginta anni, pro tenuis, in qua
quidem Civitate Illustres, et Nobiles sunt et habentur

Antonius Trottus
Jacobus Trottus
Paulus Antonius Trottus
Nicolaus Trottus
omnes Ferrarienses

Anno Christi 1486 pestis quae anno superiori Civitatem invaserat [illegible]
1486 presenti anno crevit, praecipue in quarterio Burmidae [illegible]

nemo hominum qui à dicta peste agrotans fuit evasit, nulla domus
Erat, per ille corrupta esset quin omnes morirentur, multe orationes
ad deum extendebantur. Cives fere omnes Urbe relicta Vicilia
sibi construebant nonnulli prope flumen Burmidae quidam prope
Urbam Tanari aliqui prout commoditas ejsorum dabat attamen
vix mortem cives evadere poterant quin omni die deligerentur
ad centum triginta tres seu minus. Ceterum deus qui omnia
ex alto contemplatur die vigesimo nono ejus tantam vim pluvie
e celo cadere jussit tantique tonitrus fuerunt ut omnes hoc
spectaculo ac nova re ad summum timorem redigerentur. Flumina
omnia per territorium Alexandrinum alluunt ita excreverunt
ut ad invicem se conjungerent qui per eam transire ostabant, in aquam
ceciderunt quare verum est quod dici solet, ira irascentis dei
neminem evadere posse. Diceres diluvium aliquod Noe vel
Deucalionis extitisse, videres aliquos velle arbores altissimas conscen-
dere, qui tamen paulo post prostrati in terram decidebant ~~mi~~ mi-
serabiliter se in aquam deiicientes. Aqua fluminis Burmidae
ad portam Genuensem propinqua fuit. Boida quasi non longe
a civitate fere aqua oppressa. Ad Castellatium plures eversae
domus sunt et vix periculum evaserunt, non tamen omnes

1487

Civitas ipsa in hoc tanto et tam horrendo periculo magnis sumptibus
periclitantibus opem ferre nitebatur alii funibus alii naviculis
miseros cives adiuvabant et nihilominus Aqua xiiii diem
et noctem perduravit [illegible] ipsa [illegible] Tanarum adiebant sicut
in piscina magno periculo illorum inspicerent quibus Tredecim
adiunctis abducuntur magno impetu et multo civium detrimento
multi Mortales interim aquis absorbentur

Anno Christi 1487 et sequenti Comes Bourellus Ticinensis Regimen
1487 egit Civitati Alexandriae

Anno Christi 1489 Joannes Jacobus Ghilinus cum fratribus suis a secretis
Joannis Galeati Sfortiae Mediolani ducis hoc anno in
1489 Marchetta aedes construxit ut illam melius excoleret pro de canu
immunitatem die xiiii mensis Augusti Ducis sui gratia obtinuit

Anno Christi 1490 Petrus ~~Tortes~~ Tortus civis utriusque doctor a Castro Novo [illegible]
Regimen egit Civitati et tunc temporis construitur domus Vicariatus
1490 Mercaturae quae nunc penitus non extat et eodem anno Joannes
Castilionenus civis Mediolanensis successit

Eodem anno die quinto mensis Junii Joannes Galeatius Sfortia Mediolani
1490 dux Albertum [illegible] Philippi filium inter secretarios
adscivit

adeivit in demortui Patris locum in Cancellaria Magistratus redditum ordinariorum, maximacum verborum honorificentia, dixit enim in dignitate multos ex hac familia egregia dignitate, multosque Senatoria floruisse, quam suves secretarios arcana Principum Tractare

Eodem anno die decimo Iunii Augustinus Coltus Prothonotarius Apostolicus creatur, et eodem quoque anno Bernardinus de Curte Commissarius

1490 fuit Alexandriae, qui sterni vias publicas et in Civitate, et in particulari Burgulii sterni curavit, in Ponteque Tanari quaedam innovavit.

Anno Christi 1491 die septimo mensis Iulii Ioannes Galeatius Sfortia declaravit re accepta et examinata de consilio Iurisperitorum Alexandrinos

1491 non teneri ad solutionem Vectigalis quod Montiscastelli exigitur

Anno Christi 1494 die vigesimo mensis Iunii Ioannes Galeatius Sfortia Mediolani

1494 Dux vitam cum morte commutavit, relicto post se Francisco secundo Filiolo annorum quatuor

Eodem anno cum Ludovicus Sfortia Patruus Francisci secundi Mediolani Ducis recuperare vellet Novariam Civitatem a Gallis obtentam Alex-

1494 andriam, et Dertonam duo mille milites in hiberna transmittit qui per dies multos ibidem commorati sunt. Eodem quoque anno Raphael Guasta milia Vigenarensis praetura civitati fuit

Anno Christi 1495 Cum Ludovicus Sfortia Investituram ducalem a Maximiliano

1495

rebus bellicis et etate etiam Galeatium precederet. Accedebat quod Galli maxima Tormentorum ui moenia Ciuitatis quotidie quaterent; aderant in Ciuitate pro Ludouico Sfortia mille Cataphracti, totidem uelites et tria millia peditum quare Galeatius ciuitate relicta Mediolanum proficiscitur cum nullo hominum hoc certo comitio quam saluo post sequitur Hermes filius illegitimus Galeatii Sfortie cum aliquibus aliis primi nominis, reliqui uero cum Gallorum suorum prosperitate fuerint illi Gallante furebant et plures eorum spoliantur a Gallis aliqui ab inimicis capiuntur. Alexandria misere diripitur et pars aliqua incendio absumitur, omnia diuina et humana miscentur qua clade accepta statim Ludouicus Sfortia ut prudens erat uocem emisit se Mediolanense Imperium amisisse, fugeque se accingebat, quam postea in Germaniam fecit

Anno Christi 1500 Cum Ludouicus Sfortia maximam partem copiarum ad Presidium Mediolani destinasset, Nouariamque contendisset Heluetiisque commisisset illam dare diruendam et diripiendam misericordia pendens id facere recusauit, quare Heluetii indignati cum obsidioni Ciuitatis Nouarie adessent, ubi Ioannes Iacobus Triultius cum Gallorum Exercitu inerat, quum interueniret

1500
Ioannes Iacobus Triultius appellatus Magnus Capitaneus Exercitus

interveniente grandam pecuniarum quantitate Gallis tradide
runt a quibus in Galliam perducitur ubi gaudio est in Civitate
Biturensi anno 1508 moritur

Eodem anno bini ponti Tanari Arcus in flumen ceciderunt 1509 Hoc
1500 potissimum tempore floruit Cesar Guarchus Senator Regius

Anno Christi 1510 die decimo sexto mensis Maij Fratres qui appellantur Iesuati
Sancti Hieronimi quorum institutor fuit Beatus Ioannes
Columbinus vir maxime Sanctitatis Alexandriam advocantur
ne Civitas careret his nobilibus viris, et deo acceptis, eisque permitti
tur Ecclesia Sancti Hieronimi quam in presens inhabitant una
cum edificijs et alijs ad eadem pertinentibus, hec Ecclesia iam
diu erat Iuris patronatus Civitatis Alexandrie hoc addito quod
Fratres mortuorum corpora custodirent et humarent quandoquidem
memorata Ecclesia ad hoc pium opus erat dedicata

Eodem anno et die Ecclesia Sancte Marie de Castello in hanc quae nunc
visitur magnificentiam decoratur, ad id nitente Civitate
1510 elemosinisque

Anno Christi 1512 Ludovicus Duodecimus Gallorum Rex una cum suo exer
1512 citu ab Helvetijs et Venetis maximo nixu et opera
Iulij secundi summi Pontificis et Italia fugatur et Castelli hi

1513

Qui Galli in eorum recessu multa damna Alexandrino Territorio intulerunt, nam ye Oppidum Quadrigenti Transeuntes die 20 mensis Iunij multas domos miseré arserunt, ac depredantur, nec non homines numero quindecim interficiunt. Maximilianusque Sfortia à Maximiliano Imperatore ducalem investituram consequitur, et universo Ducati Mediolanensi dominatur, et potitur

Anno Christi 1513 die 28 xbris Maximilianus Sfortia filius Ludovici Mediolanum magno cum omnium applausu, et pompa ac Civitatis

1513 expectatione, ac maxima comitate, ag armigerorum caterva unacum Ill.mo Cardinali Turchorum ingreditur, qui statim dominium ferè subegit, et Galli cum Ioanne Iacobo Triultio Novariam se receperunt, in qua non nulli Helvetij fugantur, tormentaque bellica ipsis capiuntur

Eodem anno 1513 Antonius Ghisius die secundo martij reconfirmatur in possessione unius Oppidi Candiae Ioanni Francisco, et Philippo de Terrugiis filijs legitimatis Antonii de Terrugiis militis Mediolanensis à Maximiliano Sfortia Mediolani Duce

Anno Christi 1514 die vigesimo octavo mensis martij Maximilianus Sfortiae

1514 Antonio Ghisino arcem Cavanagi o Rma bis fide ...

comittit quod a Venetis hostibus diu obsessa, tandem re desperata
cum tam [illegible] contra tantas vires strenuus vir non posset
resistere urbi Turcij

Anno Christi 1515 Mediolani et Tortonij Genuensis Tribunus militum pro
1515 Francisco primo Gallorum Rege multas excursiones in agrum
Alexandrinum fecit, multaque damna intulit, cum interim
Alexandria pro Maximiliano Sfortia staret, illiusque partibus
faveret

Eodem anno de mense [illegible] Franciscus Galliae Rex Mediolanum movit itine
1515 re, quod [illegible] Novariam, qui coniuratis Helvetijs Marignani
primum Mediolanum obsidet et capit, quo Dux Maximilianus
se receperat, quem captivum in Galliam conduxit [illegible] honesto
stipendio triginta sex millia ducatorum [illegible] ibi tedio
captivitatis et desperatione recuperandi [illegible] miserab
iliter obijt

Fran.cus Galliae Rex Mediol.m obsidet et capit quo dux Mediolani se receperat, quem captivum in Galliam conduxit, ibi miserabiliter obijt

Anno Christi 1512 Guarchi et Tredi qui [illegible] illi Gaurum
1512 [illegible] Vadam duo oppida maxima a Genuensibus erepta sibi
dicebant, sententiam secundum se obtinuerunt adversus Rempub.
cam Genuensem a Francisco Gallorum Rege, quam condemnan
tes Genuenses ad illorum restitutionem oppidorum

Suarchi et Tertij(?) illi Senienses iti Oratores Senensibus Evergetes(?) gratias obtinuerunt a Rege Gallorum
adversus Rempublicam Senensem(?)

Suadere Senenses ut Regem a sententia dimoverent, Legatum miserunt, sed re infecta Patriam repetere iubetur. Rex in sua sententia persistit

Anno Christi 1519 Die duodecimo mensis Ianuarij Maximilianus secundus Imperator filius Federici Tertij moritur, cum Imperio potitus
1519
fuisset annis Triginta tribus, in cuius locum suffectus fuit ab Electoribus Carolus Quintus filius Philippi Hispaniarum Regis

Anno Christi 1521 Alexandria per Sfortianos capitur, Galli pelluntur, nam cum Mediolanensis Imperij arces fere omnes, et plerasque munita
1521
loca ab hostium presidio tenerentur. Mediolanum, Novaria, Domusula, Arona, Triciique arces, et Bobij, Verbanus lacus ultra padum posita, Alexandria Galli etiam parebat, quod iniquo ferebat Moronus: quare dies noctesque in hoc totus erat quo modo Exercitus hiberno tempore moveri posset, statuebat enim Alexandriam recuperare, sed Exercitui hoc recusabat stipendij defectu, res vero ita cessit ut omnia ad statum revenirent militesque nanque primum Alexandriam capiunt, dum qui Civitatem custodiebant ad Tumultuariam pugnam non venirent, itaque Sforziani una cum hoste ingressi Urbe potentiam obtinuerunt. At Galli cum hanc maximam iacturam

aliquandiu elevabant, quod cum viderent non solum Serravitum
commertia sibi tolli, et viam sibi ad mare intercludi, verum etiam
intellexerent Alexandrino presidio facile totam Ligadaram
iurisdictionem in fide Sfortianorum contineri, ne maiorem
cladem sibi adderent, ex alia parte, per d.ti Alexij vocatum
fuga salutem sibi quesierunt.

Eodem anno — Hector Vicecomes iussu Prosperi Columne ad Alexandriam
1521 — tutandam cum mille et quingentis peditibus nullo stipendio, sed
solo Sfortiani nominis amore transmittitur, quibus Civitas ipsa
victum tantum subministrabat.

Eodem anno cum — plures calamitates Alexandria passa esset ob Sfortianos milites
mille qui inibi in hibernis erant, memoratus Prosper Columna
1521 — iussit ut Cremonam proficiscerentur, ut ab his tribus Civitatibus
Cremona, Ticino, et Alexandria impensum [illegible] propellerentur
duce Gaspare Maino Civitatis Prefecto.

Eodem anno — Galli obtident Mediolanum, quo, et libera Cremona, et maxima
1521 — Papia et multas Insubrie Dominijs absoluto vexit supellias Salurus
qui cum Vercellas se recepisset a non nullis Italis et Hispanis fractus
fuit. Tandem Franciscus Gallorum Rex ab Italia expellitur
et fractus a confederatis, scilicet Leone decimo Summo Pontifice

1522

Carolo Quinto Imperatore et Florentinis Eorum duce Prospero
Columna pro pariter anno insequenti apud Biccocam maxima
cum eorum Gallorum occisione et fere fugantur atque fugantur, qui
Oppidum Quadrizenti (?) pariter incendunt et depopulantur et ...
... Deinde Franciscus secundus Sfortia ducatum
Mediolani adipiscitur

Eodem anno Pallavicinus Vicecomes Mediolanensis Alexandrinusque Episcopus
cum in Francisci secundi Mediolani ducis necem conspirasse dice-
retur carceri mancipatur a Prospero Columna iterum Ricudo (?) Francisci

1521

ducis quinquam post ab eo aufugit et non nulli amicorum eius
in carcerem adhibita quaestione passi sunt in domo ipsius Anibilis
coniurationem factam fuisse praemissamque ad perpetrandum tanti
facinus Bonifacio fratre idoneum magis visum in animoque
habuisse post Principem Moronum caeterosque eius amicos
obtruncare. sed cum res pateretur ante statutum diem
multos coniuratos non adfuisse sed licet quidam hoc dicant
tamen Bonifacius haud semel professus est nemine hominum
conscio sed proprio motu id agitatum fuisse quia Principem
noverit in se male animatum fuisse

Anno Christi 1522 Alexandria nocti tempore in festivitate S. Sebastiani

1522

Citadellam a Joanne Cavatello expugnatur qui sub stipendio
Francisci ducis Mediolani militabat, dum cives fere animosius
in hostes contenderent quam pareret, et disciplina militari conve
nisset, itaque cum hostes mixtim cum civibus introissent, passim praeda
fit

Eodem anno Pestis gravissima totum fere Mediolani dominium afflixit
1522 et praecipue Alexandriam

Anno Christi 1523 Alphonsus davalus cum hispano peditatu Alexandriam
e manibus Gallorum receperat, quam saepe ab illorum manibus
1523 Vitellius Romanus Adurnorum armis suffultus frustra aliquot
menses recuperare tentaverat. Praeerat tunc Bussius qui desperans
Urbem se posse tutari adventus peritissimum belli ducem, strenuumque
hostem cum Ferdinando davalo de ea restituenda his conditio
nibus paciscitur, ut cum armis ac rebus suis sine dolo, et fraude in
Galliam adire liceret, quod postea integra fide praestitum fuit

Anno Christi 1524 Gallorum Franciscus Rex iterum maximo comparato exercitu
in Italiam redire conatur cum Caesarianorum res, cum utraque
semifractas Mediolanensi expeditione male tentata videret, quod
1524 Audierat Carolum Lanoium Caesaris in Italia legatum Alexandriae
cum militibus, quos in Italia retinuerat, se recepisse, audierat

Regem iam Aquitan. Taurinorum cum copiarum parte advenisse
morasse Gallorum subsecutum Exercitum ad Alexandriam prope-
rare ubi et Caesariani profligatur. Maximamque cladem accepit
et hoc tempore pars haec Cisadana militibus hospitationibus, exacti-
onibus, et Excogitationibus incommodum omnia ardebant et miscebantur
Anno Christi 1525 Franciscus Gallorum Rex ad se vocavit duo mille pedites ex
his, qui ex Massilia Savonam advenerant, et qui stipendia
1525 sub Renzio Ursino Ceri Domino meruerant hi cum in Territo-
rium Alexandrinum pervenissent ad ripas fluminis Gaspar Mainus
praefectus Civitatis Ducis nomine, nec non et Bernardinus Corradus
militum dux ipsius hoc praesentientes, equitibus mille septingentis
praesidio munitus eis occurrit, quos statim dum defessi essent ex
itinere facili proelio devicit, et Castellarium aufugientes paulo
post deditionem fecerunt decem et septem militaribus signis hostium
acceptis. Hic Gaspar Mainus vir fuit excelsi animi, in periculisque
praesentaneus liberalis et inter duces sui temporis primarius
Eodem anno die vigesimo quarto mensis Februarij, Maximum proelium Ticini
inter Gallos et eos, qui Carolo quinto favebant committitur
1525 quo in proelio multi capiuntur inter quos praecipue Franciscus
Gallorum Rex. Interea Alexandria trepidatur
Anno Christi 1526 die quinto mensis Julij dux Carolus Borbonius Hispania advenit
1526

adveniens Germanique aguibus centum peditibus comitatus Alex
andriam progreditur, et ab ea Ticenum, ut quanto citius Mediolanum
accederet in Itinere Transuadato iam Ticino obviam habuit Alphonsum
Davalum Marchionem Vasti, Comitem Saiassi cum quatercentum
Equitibus cataphracti, sericeis vestibus, et summa cum benevolentia
se complectuntur, ac Mediolanum omnes ingrediuntur

Anno Christi 1527 Calendis Maij Philippus Caroli quinti Imperatoris filius Catho
1527 licus Rex Hispaniarum oritur

Eodem anno Die primo mensis Augusti Odettus Lautrechius Gallus Boschum
oppidum in Alexandrino Agro situm obsidere tentat adhibitis
ad hoc Helvetiis, qui sub Francisco Gallorum Rege stipendia
1527 merebantur, quo factum fuit, ut hoc facto Germanique qui sub
Comite Ludovico Lodrono militabant, et quos Boschum Transmise
rat ad pecuniam pro militum sumptibus a Boschensibus exigendam
missi redeuntes Alexandriam precluserint, et cum Boschenses in
fide permanerent, integre propugnantium numerus adesset, plures
dies Gallum Exercitum sub menibus retinuerint, tandem vi tormento
rum, menibus deiectis Oppidum capitur, hostilibusque incenduntur
domus, ac diruuntur Oppidani qui in obsidioni initio fugae se
non mandaverant, pecunia libertatem redimere coguntur

at Germani qui primo Imperatoris mortem evaserant Gallicum
stipendium sub Lautrecho accipiunt. Comiti Ludovico Lodrono
Uxor et filii libere restituuntur Lautrechum, quos in Laden
obsidione ceperat.

Eodem anno Deinde Lautrechus relicto Boscho Alexandriam adoritur cum
octo millibus Helvetiis, decem mille Itali sub Petro Navarro
1527 tribus millibus Aquitani, qui recenter in Italiam advenerant
duce Barone Bierna et tribus millibus peditum Francisci secundi
ducis Mediolani. Alexandriam tutabantur mille et quingenti
pedites, sed quanto post Albericus Barbianus subsidio venit
cum sexcentis militibus manum, proximos Alexandriae colles, quo
factum fuit ut expugnatio difficilior redderetur, nam strata
machinis murorum parte, alterum manu celeritate intus reficiebant
Adhuc Veneti aliam exercitus in Gallorum auxilium adeunt
et undique civitas oppugnabatur cuniculis a Petro Navarro
ingenii homine artificii, tormentisque bellicis, ac bombardis, qui
nunquam desistebat, moenia undique quassabantur adeout coacta
sit civitas, militesque, qui praesidio erant salvo honore et
deditionem facere his conditionibus ut Baptista Lodronus in
Germaniam contenderet cum impedimentis omnibus

Barbiano autem

Barbiano autem in Taurinos ire diceret modo ne per semestre spatium contra Galliarum Regem atque eius socios arma ferret, post quod Lautrechus Alexandriam quingentorum peditum presidium imponere tentavit, sed de hoc sociis valde conquestis mutata sententia ut Sfortiani illud imponerent permisit.

Anno Christi 1528 Cum nomine Regis Gallorum Comes Sancti Pauli maximo cum exercitu Italiam peteret Astam Coloniam primo adiit

1528 in quam exercitus Venetus cum eius provisore advenerat, et paulo post Alexandriam versus prodierunt, in qua per mensem cum universo exercitu, et in adiacentibus oppidis in hibernis permanserunt.

Eodem anno Comes Antonius Guaschus Castrum Sancti Severini ibus inscio

1528 Duce Mediolani ditavit, qui Novas et Ovada acceperunt quae postea semper tenuerunt.

Anno Christi 1529 de mense Augusti Hieronimus Marinonus Comissarius

1529 Generalis Francisci secundi Sfortiae Mediolani ducis Alexandriam

Ludovicus Vistarinus Alexandriae Gubernator

venit existente Ludovico Vistarino ipsius Civitatis Gubernatore et facta gravi impositione avenarum constituit, et ferrum deputavit unicum pro singulo quarterio, in quo sal vendebatur

Hieronimus Marinonus Comissarius Generalis

solidis tribus in singula libra, ut militibus stipendium

persolveretur, nec alius panis confici poterat. Et quia Rius Cancellarius, qui Mediolanensis erat Excellis ?? Portæ Marinari fecerat frumentum, et vendiderat panem sagueo suspendi fecit. Insuper consimili modo quandam Mulierem gravidam quæ in Burgo sto stabat, eo quod quatuor panes nigros, ut suis filijs daret, deoccultabat, eam sagueo suspendi iussit. Interim Hispani Comitatui hospitabantur, et multa mala perpessi sunt Alexandrini hoc tempore, qui etiam tanquam pecus rabida hic Marinonus solui iussit dezzadenis sex mille aureos, et preventari in pænam vectigalis defraudati. Gravamen hoc perduravit usque ad annum 1530, et 1531 deinde Mediolanum se recepit maximo cum odio Francisci Mediolani ducis ob eius male gesta, et Populorum oppressione, Mox Verchiel petijt. Comenim illic non longe distans a Mediolano ubi malo modo vivere, et maximo animi dolore perijt. Verum bene factum ad ipso fuit, quod male aquisitum Heredi=chio Mediolanensi reliquit

Eodem anno Carolus Quintus Imperator Genuam applicuit, mox Placentiam, dein Bononiam, ubi Clemens septimus Pontifex maximus

1529

maximus Cum pro[ximo] sabbato anno vero sequenti in memorata Civitate
Corona imperiali ornatus fuit a Pontifice, in qua cum multi Duces
Concurrerent Dux Franciscus Sfortia, qui spoliatus erat suo Ducatu
reintegratus fuit, ita ut Imperatori penderet octuaginta mille
aureos, quorum pars persolvenda erat in certis temporibus

Eodem anno intercessione Ill[ustrissi]mi Francisci Ducis fit Generalis Antonius
1529 de Leva in Italia

Anno Christi 1530 Carolus Quintus Imperator Mediolanum Fran[cis]co
Sfortiae una cum reliqua ditione restituit. Ipse Fran[cis]cus
1530 pollicetur summam aureorum nongenta millium Caesari
ex quibus quadraginta millia primo anno absque in presentiarum
reliqua in annos decem aequis pensionibus dinumerare coinhet

Anno Christi 1531 Ghisilinus de Ghisilinis Iuris utriusque doctor Episcopus
1531 Comacensis hoc anno pientissimum floruit, extat adhuc Epistola
ipsi directa per Joannem Alenardum [illegible], qui
Medicus fuit sui temporis Excellens dicta Bude

Anno Christi 1533 die decimo tertio mensis Octobris Camillus Ghisilinus Francisci
1533 secundi Mediolani Ducis a secretis, ac Ludovicus in Calamitatibus
Comes filius Joannis Jacobi Ghisilini pariter a secretis Ludovici

Ducis Sfortiae cum Legatus ad Carolum Quintum Imperatorem annos novem et ulterius fuisset interim omni studio et fidelitate sedulitateque Ducis negotia procuraverat tandem ob Egregia opera navatam ab eodem Duce in laborum premium mille et quinque centum libras Mediolanenses in maxima pecuniarum angustia annuales accepit

Anno Christi 1534 Franciscus secundus Sfortia Mediolani Dux Uxorem ducit Christiernam filiam Regis daliae Neptemque Caroli quinti

1534

Imperatoris cum maxima pompa et letitia Mediolanum ducitur

Anno Christi 1535 Franciscus Sfortia secundus et Ex Sfortiorum familia

1535

ultimus Mediolani Dux Vir omnibus Virtutibus heroicis praefectis et numeris absolutus relicta Christierna hoc anno maximo cum subditorum dolore moritur summaque cum honorificentia in Ecclesia Cathedrali in maiori Capella humatur Die vigesimo quinto dicti mensis obiit. Cui dominio successit Carolus quintus Imperator cuius vices gerebat Alfonsus davalus Marchio Vasti

Anno Christi 1536 Die decimo quinto mensis Iulii Invictissimus Carolus Quintus

1536

Camillus Ghilinus a Secretis Ducis Mediolani

Imperator ob egregia opera navata a Camillo Ghilino Francisci secundi Sfortiae Ducis a secretis [illegible] donationem iam

iam pluribus anni preteriti a Fran.co Sfortia factam reconfirmatur
hac prefatione verborum. Legit olim Ill.mi Fran.ci 2. Sfortiæ Mediolan.
Ducis apud nos tum in Hispaniis, tum in aliis locis Oratorem
Camillus Ghilinus eiusdem Ducis secretarius non minore erga
Principem fide, et dexteritate, quam erga nos studio et observantia
qui etsi ab ipso duce non nullas donationes acceperit, idquod privi
legiis et litteris ducalibus satis apparet, tamen quod immatura morte
preveniente, dum Principis sui nomine nobis gratulatum ob
victoriam Africanam in Siciliam venit, non potuit concessis
diu frui, dignum duximus postquam status Mediolani
ad Imperium rediit tam animi nostri significationem
erga eum declarari voluimus in eius heredes in Lucretium
et Thomam heredes conferre et ideo eidem deputamus annuas
pensionem scutorum ducentorum durante eorum vita super
quibuscumque redditibus

Eodem anno Carolus Quintus Imperator Marsiliam contendit, in
Italiam advenit Antonius Leva Capitaneus Generalis

1536 in Italia moritur, res infeliciter cecidit multa onera
publica mercati, et alia huius ad bellum sustinendum
imponuntur, in locum Antonii Levæ demortui Alphonsus

Damatus Marchio Vasti sufficitur, et ab hoc anno usque ad 1542
maximum bellum viguit in Pedemontana Regione inter Impera-
torem et Galliae Regem. Interim induciae fiunt, ut quilibet
teneret, id quod bello cepisset induciaeque ipsae decem annis
durarent

Anno Christi 1537 Humieres nomine Gallorum Regis in Italia Vicarius
copiosum Gallorum Exercitum in montes deduxit, et apud
1537 Quierium in Pedemontana Regione sibimet castra locavit.
Caeterum Marchio Vasti inter Hastam et Alexandriam
ut fidem obviam fieret castramentatus est, quo in loco
plures dies consumpsit. Interim Exercitus ipsius plura damna
Agro Alexandrino intulit

Anno Christi 1537 Die quarto mensis Maij Ludovicus Panizonus Eques
Hierosolimitanus hoc potissimum tempore floruit, stipendiaque
meruit in Exercitu Reipublicae Venetae, quae eum constituit
Centum Militum, Andrea Gritto tunc dictae Reipublicae Duce

1537 Ludovicus Panizonus Eques Hierosolimitanus 1537 floruit

Anno Christi 1540 Ludovicus Ghilinus Iurisutriusque Doctor in Collegium
Iurisconsultorum Mediolani cooptatur, in quod ex Mediolanensium
statuto nemo adscitur nisi qui inter cetera ortus sit
Ex antiqua et nobili Civitatis familia, atque requisita habeat

1540 Ludovicus Ghilinus I.C. Collegiatus Mediolani

habeat, que in memorato statuto requiruntur

Anno Christi 1541 de Mense Augusti Carolus Quintus Imperator Alexandriam

advenit, in qua honorifice accipitur, nam Civitas quadraginta viros

1541 nobiles albis indutis vestibus illum exceperunt, mox Mediolanum

ingreditur, Regia pompa a Mediolanensibus receptus, et Civitas

in qua omnes Civitates dominij descriptas proposuit. Alexandria

prima a manu sinistra Civitatis Mediolani collocatur, quae sese

offerebat, et cuncta fasce spicarum cum modio antiquo, quo mensu-

rabatur frumentum hi adiecti versus. Alexandria frumenti

ac ceterarum frugum ubertate ierduli Horreum Cisalpinorum

in Urbe erecta adversus Mediolanensium Imperij hosti propu-

gnaculum. Postquam collocata fuit Novaria, deinde

ceterae Civitates Status pro dignitate et antiquitate

Anno Christi 1542 Dissoluto Exercitu Delphini filij Gallie Regis Itali

qui sub suis stipendijs merebant Italiam petere aggrediuntur

1542 sed cum sine duce et sine stipendio essent, quare providerent

nescirent, Tumultuarijs ducibus sibi adscitis Aurelio Bosgre-

to, Gerardo Tarcania, et Carella Jechemi Montembarutum

petierunt cum septem centum peditibus selectis. quod cum

rescivit Alphonsus Davalus Marchio Vasti cum omni His-

Bericin, et Aventicle Alexandrina et septem tormenti bellici Montemdavitum obsidet, sed cum viriliter oppidū ā propugnatoribus defenderetur, aliquot horas post septem centum bombardarum ictus, quibus magna disiecta fuerunt, oppidum capitur, multi occiduntur, qui superfuerunt ceci, capiuntur.

Eodem anno die quinto mensis Junii pugnatum acerrime est apud Serravalli oppidum inter Caesarianos et Gallos, qui in via Philippi Strozzi sequebantur, nam hic dum Mediolanum occupare vellet copias in illud ducit. Sed cum de spe deciderit auxilio maturius Adventante Vasto connectit, ut opem ferret his Gallis, qui Carignanum obsidebant, et propterea inusitatis itineribus Agmen ducit, Montes, et convalles per Apenini iuga, sed cum Scriviam flumen Transnadare tentant Carolus Gonzaga cohorte Equitatus cum Salernitano Principe Caesariani Transitum impedire conati sunt, ibique certamen ingens, Caesariani primo funduntur, mox recuperatis viribus cum devincti Caesariani emergerent, geminatoque Prelium Galli in fugam conijciuntur, cum dissolutis ordinibus ab praeda intenti remitteretur, plurimi occiduntur. Plures

1542

capiuntur

capiuntur, inter quos plures primi ordinis Equites Neapolitani (qui ne quid deterius in eos statueretur a Caesarianis benignissime dimittuntur. Pugnatum est duabus horis, caesa ad sex milia hostium Petrus Strozza cum duentum peditibus Cherascum versus fuga salutem nactus est, Ulysses Ursinus Tribunus militum, Comes Georgius Martinengus cuius virtus eo die emicuit captivus Alexandriam ducuntur, exegit quatuor insignia Gallorum castris qua de re Alexandriae laetitia publica, et mox maiori praesidio firmatur

Eodem anno die duodecimo mensis Augusti duo Arcus Pontis Tanari
1542 deciderunt, nec mali aliquid fecerunt, in quorum locum suffectus fuit Pons ex asseribus confectus

Eodem anno die tertio mensis Novembris locustarum ingens copia ab oriente provenienti Italiam adeo operuit, ut omnes fructus, messesque
1542 suo morsu vel exuserint, vel adusserint: quod in omnem veniam est, superveniente mox clade, quam Alphonsus Davalus Marchio Vasti accepit ad Ceresolam, amissis in ea pugna multis ma sium, sed dei optimi Maximi subsidio adventante hieme omnes ille periere

Anno Christi 1543 Conventus Pauli Tertii Summi Pontificis, et Caroli Quin
1543

Imperatoris Bursek fit multe Comitiva gentis Hispanorum Alexandria Traseunt Galli multas incursiones faciunt, et nulle Oppidula accipiunt. Interim Gubernator Alexandriæ venia Oppidi Felitiani solo equari mandat, quod indebiteriter quosdam milites Hispanos recipere recusavit

Eodem anno 1543 de mense ... Alphonsus Davalus Marchio Vasti cum duobus millibus delectorum Militum ad Urbem Niciam Galliæ Narbonensis properat ut illam eriperet e manibus Turcharum qui illam dira obsidione cingebant. Turcæ hoc presentientes eam deserunt, non nullis quibus successit prede non nullam quantitatem, et hominum ad tria millia adducunt

Eodem anno 1543 Civitas Novariæ prohibitis idibus Aprilis cum Universitatis dictione a Carolo Quinto Imperatore in feudum datur Petro Luisio Farnesio ut gratificaretur Paulo Tertio summo Pontifici eius Patri

Anno Christi 1544 1544 pugnatum est apud Ceresolam cum Gallis Cesarem infeliciter duce Alphonso Davalo Marchione Vasti occidentur ad duodecim millia militum numero

Sed magna ex parte Germanorum, qui a Gallis non incruenta
victoria contigit cum ex his aliquot ex Nobilitate Viri
desiderati sint, Vastius accepta cladi dolore, quos ex Turri fuga
colligere potuit, ut maiores motus hostium comprimeret collegit
Imoque Hastam Coloniam petijt, dein Alexandriam proficis
citur, inque ducto Terreo Gallo captivo qui praesidij militi
extra ... praefecto reliquias servati exercitus in praesidia
dimittit

1335

Anno Christi 1545 Die undecimo Mensis Aprilis Turris Populorum penes
Marenghum petitur, et Hospitatur Sambarinum de Sambarinis

1545 Sambarinus de Sambarinis Franciscus Stobblionus Conradus Sandreis Alexandrini

Franciscum Stobblionum, Conradum Sandrium, et Alientes
ut in ea disponere possent custodias pro Tuitione bonorum
ne inopinatum aliquem incursum hostium illa disperenter
Eodem anno die 17 dicti mensis conceditur

Eodem anno 1545 Alphonsus Davalus Marchio Vasti diem extremum clausit
suum in cuius locum

Anno Christi 1546 Dux Ferrandus Gonzaga a Carolo Quinto Imperatore
1546 praeficitur, vir sane prudentia, iustitia, et humanitate, omnibusque
virtutibus ornatissimus

Eodem anno 1546 de mense ...bris Rodericus Davalus Gubernator

Alexandriae ad Caesarem ipsius Reipublicae Alexandrinae
1546 Antonius Ardanus et Antonius Feruffinus Legati Pro Patria — Antonio Ardano et Antonio Francisco Feruffino legati
vindicatur Laurentium Podum et Nicolaum Vicum
Capitaneum Iustitiae Mediolani. Hic Rodericus
vir fuit pacis artibus ignarus et qui malebat Patriam
hanc nostram propriis armis et viribus tutari quam
externa auxilia adhibere. Sed saeviente fortuna
in maximas verborum contumelias et incontinentiam
delapsus cives plerosque omnes sibi bonos infensos reddi-
dit adeo ut cogerentur supplices libellos de eiusdem
intemperantia Carolo Quinto Imperatori tunc Mediolanensis
Dominii domino cum maximis querimoniis conscribere ut
eundem severe coerceret aut de loco moveret atque
hac de causa memorati legati ad eum mittuntur

Anno itaque 1549 de mense Februarii Philippus Austriacus Caroli
1549 Quinti Imperatoris filius Belgas petiturus Alexandriam
mox Mediolanum applicuit inde Mantuam magnificentissimis
apparatibus undique exceptus et non solum Regum et Principum
sed etiam et maximarum civitatum legationes audite

et undique confluebant convenientque congratulatum pro felici faustoque tanti viri adventu

Anno Christi 1551 Initia Belli Parmensis Universam Italiam concusserunt

1551 et per multos menses ita incaluerunt, ut non solum Exitium Parmensis Civitati, verum etiam Sociis Italiae fere secum attulerint. Hinc ab Octavio Farnesio Parmensium corrupta auxilia ab Henricoque Gallorum Rege petita fuere

Anno Christi 1552 Gonzales Rodriguez Salmaticensis praefectus Urbis Alexandriae a Carolo Quinto Imperatore declaratur, is fuit gravibus

1552 moribus vultu severo, voce subobscura. Cuius temporibus Alex.a intus et extra bello ardebat, ob frequentes militum Hospitationes quas grave fuit, tum quia Cives illos propriè alere cogebantur at crebris Gallorum incursionibus premebantur, multique ad extremam Inopiam redacti sunt. Quibus tamen malis circonventi sed nihil profuit Invidiosa fortuna cum Cives Alexandrini constantissime fidem inviolabilem Carolo Quinto, atque Philippo Eius filio postea Hispaniarum Regi semper servarunt. Duravit eius Salmantiae praefectura usque ad annum 1559

Anno Christi 1555 Carolus Quintus Imperator comitiis pleniis indictis

1555 ad Statuendum diem Bruxelas beneficiarii omnes convenient

1555

in amplissimam Aulam in qua paulo post, a prandio ingressus Caesar cum Philippo filio Mariae Reginae sorore, Emanuele Philiberto Sabaudorum duce, atque alijs plerisque proceribus sacrosanctis ipse in sublimi throno sedens, collegium unius ambe reorum ex consiliarijs Caesari orationem habens Caesarem excusavit, quod iturus esset in Hispaniam, fatalem in recessum ubi aerem clementiorem expetebatur, propterea se senem viribus imbecillem haud posse tantam Regnorum molem sustinere, ob id decrevisse Philippo filio renuntiare, qui cum viribus esset firmis, et ingenio florenti par esset futurus tanto oneri, cum iam Regnis gubernandis, ac regendis assuetus esset, quod ipsum effecit.

Eodem anno Federicus Dux Albanus Mediolanum ingreditur magna cum civitatis laetitia ubi paucos dies commoratus quam in tanta perturbatione advenit quanta vix explicari posset, quando quidem Hispani qui in Gallia Cisalpina in hibernis erant avidius contubernales, quas hi inferebant, Gallorum cladibus Germanos conspiciebant mox in Hispaniam traiecturi, quare necessum fuit custodiam mittere

1555

mittere Albano, qui non minus acriter quam iuste in profugientes
milites animadverterent, illosque supremis supplicijs afficerent
ut hoc terrore iniecto Hispani milites ad vetera signa revoca
rentur

Eodem anno Ferraroli quos appellant primum in Italiam venere, hi milites in
Italiam iussu Ducis Albani ad mille et quingentum Evocati sunt
1555 ut arces Regis Philippi tutarentur, quas summo studio defendere
nixi sunt. Hi milites sunt Graecis militia, et incedunt Sthy
thi. tamen more quam aliter Hispano praecedente, et sui bys
archibusijs, usi eorum utentes: quos mox disponunt in adversa
rios, et abiuntur chlamis ille exterior que super ceteras vestes portatur
quam Ferraroldum appellant de nomine dicte gentis denomi
natur

Eodem anno omnia bello miscentur, nam Galli die secundo mensis Martij Civita
tem Casalis Sancti Evasij capiunt, deinde die vigesimo secundo
1555 mensis Iulij Vulpianum Oppidum Pedemontium ab eisdem
diripitur, postea die octavo mensis octobris Oppidum Montiscalvi
ditionis Montisferrati a memoratis Gallis diripitur et occupatur

Eodem anno Vulpianum Oppidum Pedemontium a Duce Albano Philippi
Regis vicesgerente summa vi obsidetur: sed cum diversio in fundi
1555 trahaheretur, nec quidquam tanto duci gestum erat re infecta

multis Hispanis copijs cum Cardinale Alexandriam
dimisis nulla alia re memorabili gesta Mediolanum se
recepit

Eodem anno Induciae inter Carolum Quintum et Henricum Gallorum
Regem indicuntur summo cum Mediolanensis ditionis utilitate
1555 et postea in omnibus Italiae, Galliae, Bataviaeque Civitatibus
et oppidis per praecones publice pronuntiantur

Eodem anno quarto nonas Aprilis Civitas Senarum una cum libertate
1555 se Carolo Quinto Imperatori subiecit, summa cum utilitate
Cosmi Medicei Ducis Hetruriae, et eo tempore, quo in deditionem
venit quidam his carminibus lusit

Sena diu fuerat sana, sed Caesar amator
Hanc ad amatorem dum violentus agit
Venit ad Henrici virgo indignata potentis
Blanditiis Galli deinde fovetur ope
Hanc cupit, hanc petit, implicitus fit Caesar amore
Mittit et ad Medices protinus inde duces
Visitur is tenero morbum depellere et jovi
At Medica multo plus valet arte manus
Visitur huic tenuis victus, tenuisque diaeta
Extremis, pallens, et macilenta fit haec   Septimum

Desertum sensit Caesar post tesum amoenum
Hanc donat Cosmo, reddidit ille decus

Anno Christi 1556 Carolus Quintus Imperator in Regionem Extremaduram se recepit in Coenobium divi Hieronimi paucis familiaribus secum adductis ibique quod reliquum vitae fuit, omnibus humanis curis ab animo ablegatis inter contemplationem divinarum rerum in piis divinisque operibus, et rebus transegit

1556

×

Anno Christi 1557 Valentiam Oppidum in Gallorum potestatem devenit

× Ticini Milites ad custodiam deputati rei fuerunt, eo quia Oppidum minus bene custodierint, quod fere turpiter, et fide Oppidum in Gallorum manus devenerit, quamobrem multi extremo supplicio sunt affecti

1557

Eodem anno Extimus, seu census novus Civitatis captus fuit de mense Aprilis per Egregium et Praestantissimum Joannem Petrum Candianum Regium et Ducalem Secretarium ab Ex.mo Mediolani Senatu delegatum de ordine Ill.mi et R.mi Cardinalis Tridentini vices regias in Italia gerentis, qui census absolutus fuit de mense Februarij anni 1559. Hic Candianus extitit vir summa fide, modestia, diligentia, et integritate

1557

1558

qui ob eius eximias virtutes, ac in rebus gerendis dexteritatem
in Secretarium Mediolani Senatus receptus fuit

Anno Christi 1558 Cum Carolus Quintus Imperator in fines Belgarum
et Castellam se recepisset tandem cum prius gravibus, multisque
1558 morbis divexatus, ac febribus conflictatus fuisset Naturæ
